

familiaris fuit *Q. Ennius* idem poeta a. Nominat etiam *Cicero C.* & *Sex. Titius*, illum Tragicum *b*; hunc, ut videtur, laetivum poetam: licet *Cajus* etiam comedias scripſiſſe videatur, cum *Cicero* dicat *L. Afranium* poetam eum imitari ſtudiſſe: quem comicarum fabularum ſcriptorem e huius temporis celeberrimum fuiſſe ſcimus: & qui rogatus etiam *fabulas* ſcripſit: ut etiam *T. Quinctius Atta d.* Ex quibus omnibus ad nos non niſi pauca quaedam fragmenta pervenerunt: ut etiam ex aliis minus celebribus, quos ſilentio prætermittimus.

LIBER NONUS.

CAPUT PRIMUM.

De bello Mithridatico. III. & de bello cum Rege Tigraſe.

S. T. In- S. I.
tium bel-
li Mith.
III.

687.

Vidimus libri præcedentis capite ſecundo S. 10. *Luculus* & ingenti clade *Triarii*, & adventu *Acilii Conſulis* & denique diſſenſionibus, quibus laborabant *Romani* prohibitu ſine bello *Mithridatico*, ita ut nihil ſibi deinde ab eo Rege timerent *Romani*,

^a *Cic. de cl. Or. cap. 35.* ^b *Ibid. cap. 45.* & ^c *Cic. de orat. Ep. 11. v. 57.* *Quintil. X. 1.* ^d *Euseb. ad. Olymp. 175.* *Horat. Epist. 11. cap. 1. 73.*

ni, imponere non potuiſſe: neque, ut ſtatuerat, *Tigraſem* bello perſequi. Jam vero, cum *Mithridates* omne tempus, quod per has *Romanorum* diſcordias ipſi reliquum erat, non ad oblivionem veteris belli, ſed ad novi comparationem contuliſſet, *ſoporante* ſe finitimis ſuis bellum inferre velle ſimulans *a*. *Romanis* etiam majore conatu hoc bellum inſtaurari placuit. Itaque *C. Manilius* *Tribunus plebis* (homo venalis, & alienæ miniſter potentie *b*) initio anni ſexcentſimi octuageſimi ſeptimi legem promulgavit, ut ^c *Pompejo*, qui tum in *Cilicia* belli reliquias perſequeretur, *Bithynia*, *Phrygia*, *Lycæonia*, *Galatia*, *Cappadocia*, ^d *Cilicia*, *Colechis*, *Armenia* mince cum omni apparatu bellico, & copiis omnibus, qui *Luculli* fuerant *e*, committeretur; utque bellum cum *Mithridate* & *Tigraſe* Regibus gereret; retineretque claſſem & imperium maximum, ut ab initio acceperat. Ita ut hac una lege totum quantum eſſet Imperium *Romanorum* uni homini ſubjiceretur. Itaque vir patris ſuz ſtudioſiſſimus *Q. Catulus* legem, quæ maxina nobilitatis indignatione lata erat *d*, vehementer diſſuaſit, ut jam antea fecerat occaſione belli *Præticæ* nec minus eam improbavit *Q. Hortenſius e*. Suaſit eam *Cicero*, qui tum *Prætor* erat, oratione, quæ

^a *Cic. pro L. Man. c. 4.* ^b *Vell. Pat. L. 11. c. 32.* ^c *Plut. Pompe. p. m. 634.* ^d *Urb. c. 100.* ^e *Cic. pro L. Man. l. 6. v. 10.*

quæ exstat: jam tum Pompeji favorem indigne satis captans. Cæsar quoque favebat Pompejo, cum eidem Populum quoque favere sciret; quem sibi demerendum esse statuebat; immensam jam illam, ut videtur, ambitionem animo fovens, quæ paullo post exitio Reipublicæ fuit. Certe nulli horum salus Reipublicæ tum curæ fuit; ita ut absens Pompejus omnia fere obtineret, quæ Sulla vi & armis subacta patria obtinuerat.

§. 2. *U-*
terior
belli
progres-
sus.

§. II. Pompejus ergo Asiã ingressus undique statim & milites & dynaitas & Reges socios evocavit, Lucullum nihil curans. Cumque ad colloquium convenissent, primus quidem eorum congressus compositus fuit; sed mox, dum Lucullus Pompejo ambitionem, hic Lucullo avaritiam objicit; adeo exarserunt, ut vir a manibus sibi temperaverint. Ita Lucullus decessit. Pompejus, postquam totam Asiã a *Phœnicia* ad *Bosporum* navium stationibus fuisset amplexus in *Mithridatem* movit; cum prius *Metropoli-*
nem ad Regem misisset, qui benignas ipsi pacis conditiones ferret. Sed *Mithridates* qui exercitum, licet non nimis magnum, electissimis tamen militibus compositum, habebat. *Parthorum* Regem *Phraatem* se sibi adjuncturum esse sperabat. Verum postquam eum jam Pompeji amicitiam amplexum *Armeniam* *Tigranem* regnum.

a Dio L. 36. p. 9. f. ed. 1584. b Dio *Ubi* e.
10. *Vell.* L. II. c. 33.

gnum invasisse audit, animo collapsus legatos statim ad Pompejum misit, qui de pace agerent: at illis non aliud responsum datum est; quam ut Rex positis armis, transfugisque redditis se fidei Romanorum permitteret. Hi vero, cum maximo essent numero, tantum in castris regis tumultum excitarunt, ut Rex jurare coactus fuerit, se nunquam cum Romanis pacem habiturum; neque aliquid, nisi de communi consilio facturum. Et simul in interiora regni se recepit, obvia quæque vastans, ut comeatum inopia Romanos affligeret: licet ipse Rex, quod in tanto Imperatore turpissimum, locorum non nimis gnarus fuisse videatur, cum montem quandam munitionem, quod inopem aquæ crederet, deseruerit; quem mox occupavit Pompejus, factisque puteis aquæ, quod satis esset, invenit. Nec minore imprudentia, sive ille stupor fuerit, egit; castra sua vallo centum quinquaginta stadiorum a Pompejo circumdari passus est. Inde, cum per dies quadraginta quinque obsessus fuisset, hominibus, aut jumentis inutilibus, aut ægrotis interfectis nocte silente ausugit *Armeniam* petens. Sed Pompejus, cum agmen ejus extremum assecutus esset, invitus, & nocte quidem prælium committere coactus est, cum vereretur, intelligeretque hostem effugitum esse. Ergo loco quodam

a *Plut. Pom.* p. 635. f. *Phoenicis* d.

dam sibi commoda & inter montes con-
 ceptos eos adortus est, horrendo tonitu,
 clangore tubarum, vocibus militum, scu-
 torum aliorumque æneorum valorum per-
 cussionibus excitato: ita ut statim barba-
 ri, quibus prælium inopinantibus plane
 eveniebat, perturbati fuerint: atque exor-
 ta luna etiam in umbras Romanorum po-
 tuit, quam in ipsos, tela mittebant. Ita
 multis cæsis; multis etiam captis cum lo-
 lis satellitibus Rex elapsus est; sed ab iis
 quoque relictus cum sola pellice. *Hypsi-
 eraria* egregie fortitudinis & fidei mulie-
 re, duobusque aliis comitibus ad Tigranem
 Regem generum suum contendit. Sed cum
 Tigranes non tantum introitu regni sui ei
 interdiceret; verum centum etiam talenta in
 caput ejus pronuntiaret, in Colchidem &
 inde in Bosphorum & Mæotidi pauli
 vicinas regiones se recepit: & filium
 suum Macharem eorum regionum dominum,
 quod Romanorum rebus studebat, interfecit
 cum omnibus illis, quos amicos aut comites
 filio in regnum suum abeunti addiderat; quos
 vero Machares ipse sibi amicos, aut familia-
 res acquisiverat; dimisit incolumes. An-
 lii patris metu Macharem manus sibi in-
 tulisse scribunt. Interfecit etiam paullo post
 alium suum filium *Xiphivem*; quod mater
 ejus *Stratonice* æcem, in qua erat, cum
 thesauris Mithridatis Pompejo tradidisset.
 Plures etiam alii ejus filii in potestata-

testatem Romanorum venerunt: filix vero
 a militibus, quibus eas in Scythiam de-
 ducendas dederat, ad Pompejum adductæ
 sunt. Thesauros, variæque res alias præ-
 tiolissimas Pompejus Quæstoribus asser-
 yandas tradidit; ut, cum triumphum e-
 jus exornassent, in ararium conducerent.

§. III. Ita liberis, regnoque & thesau-
 ris exutus Mithridates nondum tamen
 animum despondit: sed ad Gallos iter
 destinabat, ut cum iis Alpes transgres-
 sus ipsam Italiam invaderet: quem im-
 petum cunctatio exercitus ejus aliquan-
 tisper inhibuit. Verum filius ejus *Phar-
 naces*, cum & periculosa nimis ea expedi-
 tio videretur; & si hoc Mithridates
 tentasset, omnem spem veniæ a Romanis
 præcisam videret; patri insidias struxit.
 Quibus detectis, postquam veniam con-
 secutus esset, iterum sollicitum a fide
 patris abduxit: Mithridates tandem ve-
 ritus, ne Romanis traderetur, venenum
 sumpsit: ut etiam dux filix ejus virgi-
 nes. Et hæc quidem consensum sunt mor-
 tue. Mithridates, quod ab incurrente
 antidotis se contra venena munivisset,
 (unde tale quoddam medicamentum
 genus ab eo *Mithridaticum* dicitur) in-
 frustra illud tentavit: sed a *Biruto* Gal-
 lotum. Duec enixis precibus, ut mortem
 sibi inferret, impetravit. Hic finis A. U.
 fuit Mithridatis, Principis magnanimi 690.
 & jugi Romanorum impatientis, cum
 qui-

§.3. Bel-
 li finis.

a Flor. L. III. c. 5. b Plut. Pomp. p. 7. 636.
 c App. Ad. Mithrid. a. 245.

a Dio L. 37. p. 19. ed. reg. b Sertorius Sanno-
 nianus c. 52. c Liv. epit. 102.

quibus per quadraginta circiter annos aut bellum, aut dubiam pacem habuerat. Neque post Hannibalem infestiores, aut magis timendum hostem Romani habuerunt. Pompejus, qui non speraverat, prope adeo finem hujus belli adesse, in Arabiam moverat, ut animum Regis ejus populi, qualis erga Romanos foret, exploraret; isque se dicto audientem fore, & imperata facturum, scripsit. At nuncio de morte Mithridatis accepto Pompejus raptim Amisum, Mithridatis regiam, contendit; ejusque ditionibus plerisque in formam provinciarum redactis & compositis Romam proficisci perrexit. Pharnaces; praemium perfidiae in patrem, regnum Bosphoranum est datum a: exceptis *Phrygiensibus*, quibus libertas est data, quod prius a Mithridate deficientes exitium ejus magnopere accelerassent.

S. 4. Res
alia a
Pompejo
Oriente
L'ista.

§. IV. Antequam autem cum Pompejo in Italiam revertamur, narranda sunt illa, quae extra bellum Mithridaticum in Asia gessit. Nam postquam Regem illum vicisset, interea dum hic vires ad rebellandum colligit, (& satis bene conjecit Pompejus, eas non nimis metuendas fore) desiderium Pompejum cepit Syriam quoque & Arabiam subjugandi, ut etiam in Oriente victorias suas ad Oceanum proferret; quemadmodum in Occidente fecerat. Et primo quidem Armeniam, accessit a minore *Tigrane*, qui a patre

patre desciverat, intravit a. Tigranes a Lucullo jam afflictus praesidium Pompeji in regiam suam urbem recepit: & in castra Romanorum progressus foedissimum in morem se ad pedes Imperatoris abiecit. Exceptus vero comiter est a Pompejo, & Rex appellatus, cum Imperatorem jam & milites ingenti pecuniae vi donavisset b. Jussus est tamen provinciis omnibus, quas bello occupaverat, decedere; tota nempe Syria ab Euphrate ad mare usque; & parte Ciliciae, unde Regem *Antiochum*, cognomento *Pium*, dejecerat. Filium etiam Tigranem patri conciliavit; eumque pro potestate in Minore Armenia regnare jussit, Majore patri addicta ea lege, ut moriens eam filio relinqueret. At filius ingratus nequam his conditionibus contentus fuit: verum patri insidias struens, cum vincens a Romanis ne sic quidem Parthos per nuncios contra eos sollicitare cessaret, Romam avectus, in triumphum postea ductus & necatus est. Armenia minor & reliqua, quae minoris Tigranis fuerant, cum parte etiam Ciliciae Ariobarzani Cappadociae Regi tributa sunt, cum Armenia major Tigrani relicta esset. Ex Armenia ad Mithridatem persequendum iterum conversus Pompejus *Iberes Albanosque* qui inter Pontum Euxinum & mare *Caspium* habitant, hi Caspius, illi Euxinum contingentes, fugavit. Et primo quidem Albanos, cum im-

pru-

prudenter se armis Romanorum opposuissent. Mox etiam Iberos fundit; & ita se Servilio, qui classe Pontum tuebatur, junxit. Quo tempore autem Pompejus aduersus Arabas exercitum dedit, *Damaſci* Judæos fratres *Aristobulum* & *Hyrceanum* *Alexandri* *Juana* filios de regno Judææ per legatos disceptantes, & donis certantes audivit. Accusabat etiam qui ab *Aristobulo* missus erat *Gabinium* & *Scaurum* Pompeji legatos, qui magnam pecuniæ vim, trecenta talenta †, ab *Aristobulo* acceperant *b*. Verum tota hæc res paullo altius est repetenda.

§. 5. Res Judæorum.
S. V. Mortuus fuerat in Judæa anno Urbis sexcentesimo quadragesimo octavo *Joannes Hyrcanus* relicto quinque filiis *c*; ex quibus *Aristobulus* natu maximus principatum arripuit, & locum sibi dominationis fratrem *Antigonum* adiecit, reliquis tribus carceri mancipatis. Sed ex testamento *Joannis Hyrcani* rerum administratio matri *Aristobuli* debebatur: quam rebus se immiscentem filius fane necavit. Mox etiam *Antigonum* falsis invidiarum delationibus esse occidit. Huic *Aristobulo* post annum regni miserabiliter mortuo successit frater *Alexander*, quem *Salome*, sive *Alexandra* *Aristobuli* uxor vinculis exemerat *d*. Ab eo alter ex fratribus superstitibus esse occisus: alter privatam vitam viueste iustus. Mortuus est *Alexander*.

Alexander a, postquam regnum per annos viginti septem tenuisset. Inde *Alexandra* filium majorem *Hyrceanum* Regem constituit: licet rerum administratio reuera penes ipsam foret. Ea anno Urbis 624. mortua, alter ejus filius *Aristobulus* fratri *Hyrcano* regnum extorquet: & licet cum fratre *Hyrcano* in gratiam rediisset, ab *Antipatro* tamen *Janeas* sibi persuaderi patitur *b*, ut ad *Aretam* *Arabum* Regem confugeret auxiliis ejus regnum repetiturus. Et reuera *Hierosolymam* obsidione tepisset, nisi a *Scauro* eam solvere fuisset coactus: quem trecentorum talentorum mercede *Aristobulus* corruperat. (Alibi *c* quadringenta talenta ipse *Josephus* dixerat.) At *Hyrchanus* cum *Antipatro* *Damascum* ad Pompejum confugit: & eodem accedit *Aristobulus* corruptione *Scauri* fretus. Sed cum humiliter se Pompejo submittere impatiens ab eo recessisset, Pompejus in Judæam movet, & *Aristobulum* cogit, ut & se & urbem Romanis permitteret; pecuniam præterea etiam dare polliceretur. Sed, qui *Aristobuli* res curabant, *Gabinium* ad pecuniam accipiendam missum ne quidem in Urbem recipere voluerunt. Itaque Pompejus *Aristobulo* in custodiam dato *Pisonem* ad *Hierosolymas* occupandas mittit: & Templum, in quod concesserant qui *Aristobuli* partes defendebant, tertio demum mense cepit, ipse qui-

A. U.
687.A. U.
684.

a *Plur. d. l. p. 637.* † *Phil. 18000.* *b Jo. seph. B. l. l. 1. 5.* *c Joseph. l. i. d. 14.* *Ant. XII. 20.*

a *Id. B. l. l. 4.* *b Ibid. c. 5.* *c Ant. XIV. 4.*

quidem die Sabbathi *s.* Tanquam tamen fuit in Pompejo modestia, ut nec pecuniam duo millia talentorum *†*, in eo repositam attigerit, nec quicquam de sanctissimi templi suppellectile *b.*: sed postero statim die purgato templo sacerdotes solemnia sacra celebrare iussit *c.* Tributum tamen genti imposuit: præcipuos belli auctores secuti percussit: omnia, quæ jam ab aliquot annis ceperant Judæi, civibus suis reddidit; vel potius, Syriæ provinciæ adjunxit. Denique regionum illarum ulteriore cura Scauro relicta ipse Romanam rediit. Secum avexit, ut in triumphum duceret, Aristobulum cum duobus filiabus, & totidem filiis; quorum unus *Alexander* ex itinere aufugit, qui tamen postea Pompeji iussu occisus est *d.* Et etiam Aristobulus, cum a Cæsare tempore belli civilis in Judæam esset remissus, ut Pompejo hegocium faceret, ab illis, qui Pompeji res curabant, veneno interimitur: & Alexander filius ejus a Scipione Antiochiæ iussu Pompeji securi percutitur. Ingentem autem terrorem adventus Pompeji in Italiam faciebat: quippe plerique non sine exercitu venturum in Urbem affirmabant *e.*; & libertati publicæ statuturam arbitrio suo modum. At Pompejus Brundisii omni dimisso exercitu, nomen tantum Imperatoris retinens cum

a Strabo L. XVI. nu. 763. Dio L. 37. p. 21. *†* 1200000. Philipp. *b* Cic. pro Flacco c. 28. *c* Joseph. de B. I. l. 5. *d* Ibid. c. 7. *e* Vell. Pat. L. II. c. 40.

cum privato comitatu Urbem intravit, triumpho magnificentissimo de tot regibus per biduum acto III. & pridie Kal. Octobris A. U. 692. Magnifica sane est præfatio hujus triumphi, quam ex Plinio *a* apponendam dixi; & quæ brevem enumerationem rerum ab eo gestarum continet: *Cum eram maximam apraxandus liberasset; imperium maris populo Romano restituisset; ex Asia, Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Syria, Scythia, Judæa, Albanis, Bœtia, insula Creta, Bosphoro, & super hæc de regione Mithridate, atque Tigrao triumphavit.* Et in delubro Minervæ, quod ex manibus dicaverat Pompejus, se id votum merito solvisse dicit, *belloriginta annorum co-fello, susti, fugatis, vestis, in dediturum acceptis hominibus vestis semel generis LXXXIIIIM. depressi aut capti civibus DCCGLXVI. oppidi, castella MDCXXXVIII. in fidem ceptis, terris a Mæcedoniae ad Rubrum mare subactis.* Pecuniam præterea longe majorem omninæ se illata pecunia in ararium intulit; talentum nempè viginti millia *†*, præter ea, quæ in milites distributa erant *b.* Tum vestigalia P. R. auxit tantam ter millies & quadringenties *‡*. Ita ut nihil mirum sit, ipsi concessum esse, ut semper Circensibus ludis cultu triumphantium, etentis:

Tom. II.

N

cis:

a H. N. VII. c. 26. *b* Vid. & Appian. Mithr. v. 212. in quibusdam diversam. *c* Vell. l. 4. *†* 1600000. *‡* Vell. Pomp. p. 18. 692. *§* 850000. Philipp.

etis pretexta & corona laurea uti posset : quo cultu tamen pra modestia non nisi semel usus est : sed neque ita invidiam a mulorum evitavit.

CAPUT SECUNDUM.

Conjuratio Catilinaria.

8. 1. Or-
atio con-
juratio-
nis.

§. I. Neer tristes effectus libidinum & luxus, qui ex immensis illis divitiis Asia subacta Romanam depottatis originem habuere, etiam fuit ambitio & appetitus honorum plane immoderatus. Nam cum opes suas per luxuriam exhaustissent luxuriosi homines honores petere coegebantur, ut eorum occasione pecuniam, sive publicam, sive lociorum, sive denique civium in loculos suos converterere & ita proluviem consuetudinis frustificare possent. Unde, ut jam vidimus, tot judicia repetendarum, & peculatus circa haec tempora fuerunt exercita. Ex eodem fonte monavit horrenda conjuratio, quam proprio libro descripsit Sallustius, & nos hoc loco narraturi sumus. *Lucius* erat *Sergius Catilina* nobilissimo loco natus : nam *Sergiorum* gens, licet falso, a *Sergesto* Trojano originem ducere se crebatur : & una ex triginta quinque tribibus Populi Romani ab eadem gente *Sergia* est dicta. Hic & animi & corporis dotibus pater aequales excellerebat : sed ingenio simul erat malo pra-voque.

a Virg. *Aen.* V. v. 127.

voque a. Addit auctor, qui se *Porcii Laetii* falso nomine jactat, Catilinam ad nefaria consilia etiam ideo compulsum fuisse, quod belli Mithridatici administrationem a Senatu impetrare non potuisset : quod vix credendum esse videtur.

§. II. Cum ergo & scelorum conscientia, & inopia rei familiaris Catilina urgeretur, (nam & ipse & plures alii nobiles bona sua turpissimo luxu profuderant) anno primum Urbis 687. Consulibus *Kal. Jan.* in Capitolio interficere statuit. Socios ejus facinorosis habebat, praecipuum *P. Cornelium Lentulum*, qui jam A. U. 682. Consul fuerat; sed anno sequente ob vicam probrosam a Censuribus Senatus motus jam iterum Praeturam gerebat, ut ordinem recuperare posset : isque jactare erat solitus, „Ex libris Sibyllinis regnum „ Romae tribus Cornelii portendi; Cin- „ nam atque Sullam antea, se tertium „ esse, cui fatum foret Urbis potiri d. „ praeterea *C. Cathegum*, *P. Anronium* ; & ut dicebatur, *P. Sullam* : sed hunc defendit anno sequente Cicero; cum, ut jam diximus, seclerum vicies ab eo mutuo accepisset. Idem tamen Sulla homo fuit sceleratus, ut ipso auctore Cicero discimus *s.* quippe pui postea Dictatore Cesare ingentes divitias ex emptione honorum, quae Caesar haustu subjecerat, sua

N 2

acqui-

a Sallust. *Cat.* c. 5. b Plut. *Cic.* p. m. 366.
c Dio L. 37. p. m. 25. d Sallust. c. 47. Plut. *Cic.*
p. 369. c Cic. *pro Sulla* c. 5. f Famil. LX. m.
10. XL. m. 17. Offic. L. lib. 2.

8. 2. Con-
juratio
prima
A. U.
687.

acquirere conatus fuerit: ut jam antea ut in proscriptione Sullana fecerat. Præterea & ipse Sulla & Antonius A. U. 688, cum Consules essent designati, ambitus damnati fuerant. Sed de conjuratione absolutum fuisse Sullam patet, quod ipse mox Gabinium de ambitu reum fecerit *a*. Præterea in suum consortium Catilina adsciverat Cn. Pisonem moribus sibi simillimum; & ut omnes, arte alieno obrutum. Et sibi quidem cum Antonio Consulatum, Pisoni utramque Hispaniam cum exercitu destinaverat. Sed cum ea res innotuisset, turris in Nonas Februarias consilium cædis transferunt, plerisque etiam Senatorum perniciem machinati. Jam cum Catilina signum dedisset ante, quam armati frequentes convenissent, ea res consilium diremit *b*. Et Piso a Senatu cum Impetio ablegatus est in Hispaniam; ubi ob injuriam quandam ab inecolis trucidatus est *c*. Eodemque anno Catilina a P. Clodio repetundarum accusatus fuit; sed Clodium accepta pecunia prævaricatus est *d*: eoque iudicio ipse Cicero de defendendo Catilina cogitasse videtur *e*. Idem videtur anno frequente inter sicarios reus factus fuisse, quod olim multos a Sulla proscriptos occidisset: sed etiam eo iudicio absolutus fuit *f*.

§. III.

a Cic. ad Quint. fr. L. III. nu. 3. *b* Aseon. ad Or. in toga cand. p. 152. ad. Lugd. Bar. 1675. *c* Dio L. 36. p. m. 10. *d* Cic. de Harusp. resp. c. 20. *e* Fid. Aseon. l. 4. p. 145. seq. *f* Ib. p. 144. Cic. præ Sulla cap. 29. Dio L. 37. p. m. 29.

§. III. Non tamen a conceptis suis homo perditus desistit; sed capta occasione, quod Cn. Pompejus in extremis terris bellum gereret *a*, & Senatus nihil sane esset intentus, aliam conspirationem tentare sibi proposuit, Consulatum & ipse petiturus. Petiisset eum jam A. U. 687, nisi ex provincia Africa, quam Prætor obtinuerat, repetundarum reus fuisset factus; & ita intra legitimos dies profecti prohibitus. Itaque A. U. 689, plurimos Senatorii & Equestris ordinis, & quidem plebrosque ex nobilissimis (quales, præter jam nominatos erant L. Scævilius, P. Gabinus, L. Cassius, M. Caparius *b*) ad aliam conjurationem incundam impellit: quibus multi etiam ex coloniis & municipiis accedebant. Ipo fuerunt, qui crederent, Crassum & Cæsarem non ignaros eundem consilii fuisse; quod hic eujusvis opes contra Pompejum crescere optaret: & simul consideret, si conjuratio valuisset, facile se apud illos principem fore *c*. Ipo etiam prioris conjurationis contentus fuisse a multis credebatur Crasso *e*. Et aperta jam conjuratione L. quidam Tarquinius, an Tarquinius, Senatui fassus fuisse dicitur, se missum a M. Crasso, qui Catilina nunciaret, ne eum deprehensi quidam ex conjuratione tererent: sed potius eo magis ad Urbem accedere festinaret. Sed statim consulente Cicerone

N 3

re-

a Sall. Cat. cap. 18. *Plut. Cic.* p. 865, 867. *b* Cic. Catil. p. III. c. 6. *c* Aseon. argum. or. in toga cand. *d* Sallust. c. 17. *e* Ibid. ad init. or.

§. 3. 11.
 & major
 conjuratio.
 A. U.
 689.

frequens Senatus decrevit, *iudicium falsum* *videri*: quia nempe in tali tempore tanta vis hominis magis lenienda, quam exagitanda videbatur. Creditur tamen Crassus a Cicetone immisum fuisse Tarquinium, quod eum predicantem se audivisse affirmat Sallustius *a*, tantum *scilicet* illam *conventionem* sibi a Cicetone *impressam*: quod alii *scilicet* dicunt, ne Crassus more suo suscepto malorum patrocinio Republicanam conturbaret. De Caesare, qui tum Praetor designatus erat, vix dubitatum fuit, quin inter socios sceleris, vel certe confocii fuerit. Ac inter eos apud *Novium Nigrum* Quiriflorem a *L. Vercia* *iudice* nominatus fuerat *b*: qui etiam chitographum ejus Catilinae datum pollicebatur. Male viri magni nominis apud Suetonium *c* pro *iudice* legi jubent *iudice*, quod nomen proprium ejus hominis fuerit: cum vel solus Ciceronis locis modo in margine adscriptum contrarium evincat: & illud etiam ex Dione probari possit *d*. Hic Vercius rursus *A. U. 691*. index alterius conjurationis contra Pompejum fuit. Sed in Senatu quoque inter conjuratos nominatus fuit *C. Caesar* *a* *C. Curio*; qui id et Catilina se cognovisse dicebat *f*. Caesar vero, cum implorato Ciceronis testimonio quaedam se de conjuratione ultro ad eum detulisse docuisset, ne Curio pramia, quae publice

indi-

a *Sall. c. 48. b* *Cic. de Or. II. 24. c* *Jul. cap. 17. d* *L. 37. p. 28. e* *ibid. 1548. Vid. Eminent. Novis. ad Cenar. Dis. Diff. 4. p. 67. f* *Cic. l. 4. §. Sust. l. d.*

iudicibus constituta erant, darentur, effecit. Vercium pignoriibus captis & decepta supellectile male multatum, & pro rostris in concione *paene* dicerptum concessit in carcerem: ut etiam Novium Quiriflorem, quod compelli apud se majorem potestatem passus esset. Et Cicetorem, ut Caesarem inter conjuratos nominaret, nec Piso, nec Catulus, qui ex variis causis Caesari erant inmensissimi, impellere potuerunt. Equites tamen Romani, qui praesidii causa cum telis aderant, egredientes ex Senatu Caesari gladiis ministrati sunt *a*. Catilina autem suos in abdita *quidam* parte cohortatus *b*, postquam omnium animos alacres vidit, dimisit, monitos, ut petitionem suam Consulatus curae haberent. Additum fuit, Catilinam humanum sanguinem vino peractum in patris circumtulisse: inde cum omnes degustavissent, execratione eos ad silentium adegisse: imo quidam narrant, puero mactato viscera ejus comedisse, quo majoris sceleris societate jungerentur *c*. Sed haec alii ficta putant, ut Ciceronis invidia, quae postea orta est, leniretur. Verum tamen videtur, eos horrenda consilia animo agitavisse: sine quibus ea, quae popularibus sceleris pollicebantur, obtineri non poterant: tabulas novas, praescriptionem locupletem, magistratus, sacerdotia, rapinas, atque uno verbo, Sullanam victoriam sibi proposuisse. Huic fini

N 4 Ur-

a *Sall. c. 49. b* *ibid. c. 20. seq. c* *Plin. Cic. p. 866. Dio L. 37. p. 28.*

creantur in centum partes descripterant, ut centum diversis locis infecto igne undique arderet a. Et supererant ex Sullanis militibus multi largius suo usi; qui rapinarum & victoriae veteris memores civile bellum exoptabant b.

§. IV. Sed fuit in ea conjuratione, quem modo nominavimus, Q. Curius e, cui cum Fulvia muliere nobili supra vetus consuetudo erat. Isque apud eam ferocius agebat, quam esset solitus, maria montesque pollicendo mulieri, cui ob inopiam jam dudum minus gratus erat. Fulvia ejus insolentia causa cognita compluribus narravit, quae de conjuratione audiverat; cum etiam ipsa Reipublice periculo moveretur. Ea res imprimis studia hominum accendit ad Consulatum mandandum M. Tullo Cicero, cum antea nobilitas quasi polvi Consulatum crederet, si eum; quamvis egregius, homo novus adeptus foret: sed ubi periculum advenit, invidia atque superbia post fuere. Igitur Cicero cum Antonio Consul declaratur d: & Cicero fere consensus e3 cum Antonio panis modocenturiis Catilinam superasset f: qui ita Remp. plenam sollicitudinis, plenam timoris acceperunt. At neque ita Catilina Consulatum in annum sequentem obtinere desperavit, arma tamen interim per Italiam parans. Cicero quoque, cum comitia

creant-

creandis Consulibus habiturus esset, loriceam induit a: sed ita, ut parte tunice de industria diffusa, lorica conspiceretur: quo magnitudo periculi intelligi posset b: Catilina autem mulieres etiam sibi adscivit, per quas servitia urbana sollicitare, urbem incendere, viros eorum vel adungere sibi, vel interficere posset. Nec Ciceroni interea insidias parare desinebat eum etiam reperti essent. L. Varguntejus Senator e, & C. Cornelius d Eques Romanus, qui sese Cicronem in suo lectulo interfekturos esse pollicerentur e. Verum hic jam a principio Consulatus intercesserat, tum per alios, quos defensionibus suis sibi amicis paraverat f; tum per Fulviam, ut Catius omnia Catilinae consilia sibi proderet: atque ita percussores mane ad eum salutandum Venientes excluderet. Collegam Antonium, qui Catilinae familiaris, & ab ejus consiliis non alienus erat h, & cum Tribunis plebis Sullam, Antronium alioque ambitus damnatos retinere conabatur i, ne contra Rempublicam sentiret, pactione provinciae perpulerat k: eumque summa diligentia observabat l: & ipse, licet Galliam provinciam sortitus esset, tamen harum turbatum causa in Urbe remansit. Catilina

N 5 autem.

a Plur. ibid. p. 867. b Sall. c. 16. Plur. p. 866. seq. App. Al. Civ. L. l. n. 429. Dio L. 37. c. 25. c Sall. c. 23. d Sall. c. 24. e Ipse in Pis. cap. 1. Agrar. ll. c. 2. f Ascen. ad Or. in 102 a. 1024. f.

a Pro Mur. c. 26. Plur. p. 867. b Dio L. 37. p. 25. c Sacl. c. 28. d pro Sulla c. 18. e in Car. l. cap. 4. f Dio d. l. p. 26. g Plur. d. l. p. 268. Cic. in Caril. l. c. 4. h Cic. pro Sext. cap. 3. in Pis. c. 2. pro Cal. c. 31. i Dio p. 34. k Plur. p. 866. l pro Sext. c. 3.

autem cum frustra iterum Consulatum petisset; neque infidias, quas Consul fecerat, prospere cessissent; extrema omnia experiri statuit: militum Manlium, qui in Etruria initium belli faceret; Diadem Crassus literas ad Ciceronem detulerat, quibus significabatur, multorum eodem moliri Catilinam a. Igitur Cicero de omnibus ad Senatum retortit: Factumque est illud extremæ necessitatis Senatusconsultum e. *Darent sperans Consul, ne quid Respublica detrimenti caperet: quo magistratus, omnibus modis coercere civis, utque iudicium summam habere, conceditur: id quod omnino est observandum, ut an recte fecerit Cicero, disjucari possit: cum negari nequeat, eum contra leges Porciam & Semproniam, que de libertate civium licet erant, fecisse d. Et omnia simul, que ad tutelam Reipul. licet faciebant, curata sunt: & 2. *Me illo Celari Pratoris res externa a Cicerone commissa: licet L. Postum Tribunus plebis quereretur de alienibus Ciceroni, bellique gravissimi invidiam optimo Consuli impetere & conaretur, que ipsa fere Sallustii verba sunt f. Catilina, licet satis monifesta essent ejus consilia, (nam Cicero sobria mente hominum saepe temulentorum consilia observabat) & ipse etiam lege Clautia de vi interrogatus esset, quasi sui.**

a Plur. p. 828. Dio p. 15. b Sall. cap. 29. c Vid. Supr. L. II. cap. 1. S. 6. & alibi. d Vid. Manlii de leg. Ro. a. 2. 25. e Sall. c. 20. Etrur. p. 2. 1. 2. 27.

sui expurgandi cruxa in Senatum venit. Sed sibi nemo est assidue voluit a: & Cicero in eum invocatus est oratione, que inter Catilinas ordine prima legitur; & qua, ut ipse loquitur b, *Catilinam emisit*. Stabant tum ad defensionem Reipublice parati in elivo Capitolino Equites Romani; custos rei saepe meminit Cicero c. Atque illi etiam Celari necem comminari sunt, quod impedire conaretur, ne gravius Senatusconsultum in conjuratos fieret d. Catilina vero demisso vultu, voce supplicis a Patribus postulavit, ne quid de se temere crederent; neve exstimarent sibi, patricio homini, perditam Republicam opus esse, cum eam teneret M. Tullius inquilinus civis Urbis Romæ. Imo se Ciceroni custodiendum obtulit e. Sed cum omnes obstrepere, hostem atque parvulum vocantes, *Quoniam quidem circumventus, inquit, ab inimici præcepto ego, incertum meum vulnus relinquam f.* Et cum dicto se domum propius mox nocte in tempesta in Manliana castra profectus est; licet ex Cicerone g colligere possimus, jam ante diem exundi statum fuisse, cum in ædibus M. Læti hoc factum fuisse dicat h: ubi etiam, ceteris mandati conditionem, cum descriptionem totam per-

N 6 Urtus

a Cic. Catil. L. 7. Plur. p. 868. b Arst. II. T. c Cic. Catil. L. 8. post rec. in Sen. c. 5. 12. pro Sexr. c. 12. d Suet. Jul. c. 17. e Dio L. 37. p. m. 26. f Sall. c. 27. Cic. pro Mur. cap. 25. g Catil. L. c. 4. h pro Salla. c. 18.

Urbem eadis, atque incendiorum constitu-
tam fuisse, refert. Et promissis suis, sese
propediem cum magno exercitu ad Ur-
bem accessurum. Multas tamen literas
ex itinere misit, se falsis criminibus
circumventum Massiliam in exilium pro-
fessci: licet diversas ad Q. Catulum
dederit a. Et ipse etiam tanquam Imperator
cum fascibus & securibus profectus
fuerat b.

§. 5. Exi-
tus con-
juratio-
nis.

§. V. Ipse deinde & Manlius a Senaru-
hostes judicantur c: decretumque est,
ut Consules delectum haberent, Anto-
nius Catilinam persequeretur, Cicero
Urbi praesidio esset: cum tamen, qui
cum illis erant, constantissime partibus
adhaerere: & plebis pessima eaque
magna pars ipsis faveret. Multi etiam sol-
licitabantur per Lentulum, quem ideo
Romae Catilina reliquerat a: atque inter
illos fuerunt legati Allobrogum. Hi in
Urbem venerant, ut de statu civitatis
sue, de avaritia magistratum, de ipso
Senatu, in quo nihil erat auxilii, quererentur.
Sed Allobroges post maturam delibe-
rationem rem omnem Q. Fabio Sanga
(Allobrogum gens in tutela Fabiorum er-
rat) aperunt: & ab eo edoctus Cicero pre-
cipit, ut studium conjurationis simulare
pergant: quod eo artificio praestiterunt,
ut literas a principibus secleris ad cives
suos scriptas impetraverint e. Ipsi autem

PRX.

Pratoribus a, cum nocte conscripta ad
Catilinam, quasi in itinere societatem con-
firmaturi, proficiscerentur, libentes se tra-
dunt: & simul cum his deprehenditur Vol-
turnicus quidam, qui literas Lentulo ad Ca-
tilinam ferebat. Ita patefacta plane con-
jurazione Cicero, qui Capitolium & fo-
rum praesidio muniverat b, Lentulum,
quod Prator esset, honoris causa ipse ma-
nu tenens, Volturnicumque cum legatis Al-
lobrogum in Senatum introduxit c: reli-
quos cum custodiis eodem venire jubet.
Senatus, intellecta causa, Lentulum ab-
dicato magistratu, alioque praecipuis Sen-
natorum in libera custodia habendos tra-
didit. Cicero in de a plebe in horas muta-
ri solita summus honor est habitus d. Il-
que, cum a libertis & paucis clientibus
Lentuli perniciosa consilia, ut ita etiam
Lentulus eriperetur, agitari sensisset, Sen-
natum, quid de his, qui in custodiam tra-
diderant, fieri perceret, consulit. Ibi,
cum variae sententiae fuissent, & plerique
Caesarem secute mitiores, quod etiam
suspectiorem Caesarem reddidit: ita, ut
Piso & Catulus Ciceroem accusarent,
quod Caesari pepercit, cuius opprimendi
occalo per hanc conjurationem dabatur ut
de conjuratis, sicut de manifestis verum capi-
tulum, more majorum supplicia sumeretur e.
Idque, eadem nocte ut heret. per Triumvi-
ros rerum capitalium Cicero curavit pro-
pote-

a Sall. c. 34. b Cic. Catil. l. 1. §. 11. cap. 9.
c Ibid. c. 36. d Ibid. c. 39. e Ibid. c. 44. Cic.
Catil. l. 1. c. 4.

a Ibid. cap. 3. b Sall. cap. 46.
c Ibid. c. 44. d Ibid. cap. 53. f.
e Ibid. c. 52.

potestate ipsi Senatusconsulto, de quo diximus, concessa. Alii etiam a patribus ipsis suis supplicio affecti sunt a Catilina interim cum suis in euentu rerum urbanarum intentus legionum durum exercitum conlocerat; sed, parum iustis armis instructum: ita ut adueniente eum exercitu Antonio omni ratione pugnam declinaret, sperans, si Romæ focis incepta patravissent, propodium se magnas copias habiturum. Sed cum, conjurationem patefactam, & de conjuratis supplicium summum intellectum esset, plerique dilapsi sunt: & ipse Catilina in Galliam Transalpinam profugere conatus est. Verum, cum sese undique clausum, neque fugæ, neque prædii spem ullam superesse videret, ad fortitudinem suos hortatus aciem contra *M. Persejum* Antonii legatum (Antonius prælio non assuit, vel pedibus æger, vel morbum simulans, ne, si Catilina eum presentem vidisset, consilia sua præca patrosferent) peritissimum quidem intravit: & cum omnibus suis tanta fortitudine pugnavit, ut neque in prælio, neque in fuga quisquam ingenius captus sit; atque ipse longe a suis inter hostium cadavera paululum etiam spirans, ferocianque, quam habuerat. In toto autem conjurationis negotio solus fuit Cicero consulens *P. Sestium* summi philosophi, & Romanorum pot. Varionem.

a Dio l. d. b Sallust. c. 57. c Plut. xv. sibi. s. resp. s.

rotem doctissimi: & opera præter alios *P. Sestii* quem pollicea reum devi defendit Cicero a. Maximi autem honoris Ciceroni pro patria et tanto periculo liberata sunt habiti. Et merito, cum suis consiliis, suis laboribus, sui capiti periculis, suæ salutem, sine armis, sine exercitu, quoquo hominibus comprehensisset, atque confisset, incensam urbem, interemptione riveret, vastitate Galliam, interitu Republicanam liberasset, utinam se esset Cicero, non omnino veritati litans. Et sane a *Q. Catulo* Principe Senatus *Pater Patriæ* appellatus est, ut ipse testatur: quod multi alii secuti in præd. & in illis Cato, quem primum id fecisse dicit Appianus, si astitit forte nominum *Caruli* & *Caronii* deceptus. Reverti etiam Cicero g. *L. Gellium*, civitatem terrarum Ciceroni debere a Republica, dixisse h. & Pompejus sæpius in Senatu affirmaverat, salutem Orbis & Imperii Ciceroni debere i. Denique *L. Cotta* supplicationem Ciceroni decrevit & quod nulli hæc temeritate togato civi factum fuerat i. Populus eadem nocte, (Noctæ fuerant Decembris, quæ videntur eodem tempore in medium circiter Septembrem Julianum incurrisse) qua cæsi erant in carcere con-

a Vid. or. pro eo c. 4. 5. Or. b pro Sulla c. 11. pro Flacco c. 40. Cio Diss. c. 3. d pro Sest. c. 57. e Plut. Cio. p. 72. f Cio. L. l. c. 63. Vid. Or. Juven. VIII. v. 244. Plin. II. N. 11. 20. g in Plut. l. d. h Vid. A. Cell. V. c. 6. ad Arr. l. 18. II. 2. k Cio. Phil. II. c. 6. A in Catil. III. c. 6. W. c. 3. ad Famul. XV. n. 4.

conjurati, Ciceronem, cum se per forum domum reciperet, summa frequentia, ac clamorationibus & plausu, *servatorem & conditorem patriæ* appellans deduxit, colloquentibus undique viis, & matronis avidissime ex adium tectis liberatorem suum intuentibus a.

§. 6. *Uterior laus & invidia Cicero- nem fo- vuit.*
 §. VI. Verum ex his omnibus ingens invidia Cicero ni erat constata: præsertim cum ipse s ad fastidium usque Nonas il- las Decembros & liberatam a se Rempu- blicam iactaret: & petit etiam a *Luceio* qui belli Italici & Martici historiam scrip- serat, ut quoque res a se Consulatu suo gestas separatò volumine memoria mandaret; & quidem *impudenter*, ut ip- se loquitur, postulans, ut in eo ornando *leges historis negligat, & amore Cicero- nis plusculum etiam, quam concederet veritas, largiantur* c. Lucecium id operis suscepisse ex *Epistolis ad Atticum* patet d: sed per- fectisse vix credo, cum ipse Cicero tribus libris *Historiarum Consularium* sui carmine he- xametris conscripserit: ex quibus locum ver- sum septuaginta octo ipse citat e. Et, cum nequamq. bonis adeo poeta esset, quam orator, riserunt versus ejus inimi- ci f: quod ipse tamen improbitati & invi- diæ tribuit g. Imò Græce quoque eandem

Histo-

Historiam scripsisse quidam volum; quod Plutarchus ejus libri mentionem faciat a: sed infirmo argumento, cum certum sit, Plutarchum etiam Latinos Cicero nis libros per- volvisse. Merito tamen Principes civi- tatis de Cicero ne summa cum laude lo- quebantur: ita, ut alios mittam, Cras- sus dicebat b, *se, quod esse Senator, quod civis, quod liber, quod viveret, Cicero ni acceptum referre*. Et Pompejus, *frustra se feritum triumphum deportaturum fuisse, affirmabat e, nisi Cicero nis in Rempubli- cam beneficio, nisi triumpharet esse habitu- rus*. Cum autem jam Consulatum depo- siturus esset Cicero, & pro more con- ditionem habere vellet, & jurare, *se leges servasse, d Q. Metello N. polo* Tribuno ju- randi modo potestas illi facta est, con- ditionis habende facultas adempta e. Ita- que magna voce juravit, *suæ unius opera Republicanam, æque Urbem esse salvam e: & vere cum jurasse Populus universus juravit f.*

§. VII. Quod autem diximus, ingentes §. 7. *A- fuisse suspiciones de Cæsare, tanquam lia que- qui hujus conjurationis fuerit concius, dam eas suspiciones etiam magis confirmave- runt illa, quæ paulo post ab eo tenta- ta sunt. Eodem hoc anno Pontifex Ma- ximus fuerat factus potentissimis duobus competitoribus Q. Lutatio Catulo, & P. Ser-*

a Plur. Cic. p. 271. b ad Fam. l. n. 9. Att.
 l. n. 18. pro Flac. c. 40. pro Sex. c. 60. § 99.
 Plur. p. 272. omnino. c ad Fam. V. num. 12.
 d. L. W. n. 6. e de Div. l. c. 11. f Vid. Quin-
 til. l. XI. c. 1. Joven. X. v. 12. Martia. U.
 m. 29. g Offic. l. c. 22.

a vita Cæsaris p. m. 711. b Attic. l. n. 13.
 c Cic. de Off. d. l. pro Sex. c. 61. d Id. Famil. V.
 e Attic. l. 18. in Fin. c. 2. f Famil. d. l. Plur. p.
 272. Vid. Or. post red. in Sen. c. 2.

P. Servilio Maurico, multum & reate & dignitate antecedentibus, ea petitione dejectis a. Sed hoc ipsum suspitionem de Cesare augere potuit, cum profusissima largitione in petitione hujus sacerdotii fuerit usus; ita ut ingentem vim aris alieni inde contraxerit. Sordidam etiam profus & viro generoso indignam adulationem apud vilissimam quemque adhibuit, omnia, etiam turpissima ferre paratus, dum suam potentiam augeter b. Et populo eo gratior erat, tum, quod lenius cum conjuratis agendum esse censisset; tum, quod T. Labieno Tribuno plebis auctor fuerat, ut C. Rabirio perduellionis diem diceret ob eum ante annos triginta octo L. Appulejum Saturninum Tribunum plebis; de qua re suo loco diximus: eoque occasione etiam iudicium Cesaris in hac causa narravimus. Sed non hoc solum agebant Tribuni plebis & Cesar, ut condemnaretur Rabirius: verum id sibi eo iudicio propositum habebant, ut Senatus omnes actiones convelerent, imperium Consulum convocandi ad arma contra seditiosos cives tollerent, & potestati omnia prohibita agendi sibi viam sternerent: cum ita omnia Senatus decreta etiam ante plurimos annos facta in disquisitionem revocari possent; & nihil in Republica stabile, aut firmum esset futurum. Neque in hoc tantum iudicio Labienus & Cesar mutuam

tuam sibi operam praestiterat: sed Labienus praeterea, ut Cesari petendi Pontificatum Maximum occasionem praeberet, legem Domitiam de Sacerdotibus a Populo creandis reduxit, abrogata lege Cornelia, qua ea potestas ad collegium erat translata. Hoc ita observat Dio Cassius a: sed dubito, an satis bene; cum hic de Pontifice Maximo agatur: qui etiam post legem Corneliam a Populo etiam creandi debuisse videtur: nisi dicamus; Labienum legem Domitiam reduxisse, ut Cesar in collegium Pontificum adscisci posset; eumque deinde alterius comitis Pontificem Maximum fuisse factum. Ut vero libertas etiam magis opprimeretur, Anno Urbis sexcentesimo nonagesimo primo cum Metello Tribuno plebis consilia Cesar pertinacissime sociavit b: nec videtur ipse Pompeius sincero erga Republicanam animo fuisse. Nam vix, puto, eo ignarus Metellos tulisset rogationem c. *Uti Cato Pompeius cum exercitu Romanum revocaretur an sedandas seditiones Cicerois tenerent & inscientiam concitatas, consiliumque Republicanam. Quia lege libertas plane Pompeio predebatur: & Republica ipsi quasi vincita tradebatur d.* Igitur Cato in Senatu primum Metellum monuit, ut a pernicioso conatibus desisteret: sed eum ab eo contemnere, se viro Pompejum armatum in Urbem non esse venturum assensit: ostendit.

a Suet. Jul. c. 14. b Dio L. 37. p. m. 27. f. c. Lib. VIII. c. 68.

a L. 37. p. m. 27. b Suet. A. N. c. Plus. C. 17. Id. C. m. p. 77.

olentibus Senatui & Metelli & Pompeii consilia Republicæ perniciose esse. Metellus legem perlaturus a mane forum armatis, peregrinis, servis, gladiatoibus occupaverat. Cato vero, dum amici ejus causâ timent, a mulieres plorant, ipse securus ab uno collegarum & Minucio Thermo vix e somno excitatus fuit. Ita paucissimis comitantibus in forum processit, ut omnem illum apparatus, & Metellum eam Cesare edito loco in gradibus ad Castoris confidentem vidit, *O hominem, inquit, invidum qui adversus unum inermem cæterum delectum habuit*; & simul Minuciam manu secum trahens regre per gradus ad summum eluctatus est; mediunque se inter Casarem & Metellum composuit. Fortitudinem Catonis admirati sunt plures, viri boni in turba stantes, eumque, ut bono animo esset, neque libertatem proderet, hortati sunt. Metellus scribam legem recitare iussit: prohibuit Cato. Ergo ipse Metellus arrepto codice eam legere cepit. Sed & huic Cato libellum e manibus extorsit: & memoriter eam exponere aggredienti Metello Thermus manu os occlusit. Cum tamen Metellus armatos domo evocasset, dispersis omnibus solus restitit Cato: licet lapidibus & lignis undique peteretur: donec a Mutena, quem quondam reum fecerat, obtestata tectus, & in Castoris templum abdu-

ctus

a Cic. pro Sext. l. 29.

ctus est. Ita Metellus, adversus fugatus, modeste porro legem perferre institit: sed cum illi se rursus collegissent, cum tota sua cohorte foro & rostris cedere coactus est, Senatu tumetiam egregie suis decretis Catonem protegente. Metellus postea, Catonis tyrannidem & contra Pompejum conspirationem se fugere testatus, in Asiam ad ipsum Pompejum profectus est a, summa quidem cum laude Catonis, quod civem turbulentum Republica expulisset. Idem Cato mox Pompejo petenti, ut Senatus comitia consularia produceret, ut præsens, Pisonis petitioni adesse posset, fortissime resistit: & ipsum Pompejum his factis adeo in admirationem rapuit, ut fratris & sororis Catonis filios, majorem sibi, minorem filio suo uxores peteret; sperans certe, se ea affinitate que non nisi summo plane honori genti Porcia esse poterat, Catonem permoturum, ne sibi resisteret (saltem, siquidem aperte favere nollent. Verum, licet & uxor & sorores Catonis summo opere has nuptias cuperent, Catonem tamen permovere nequiverunt: qui timebat, ne his nuptiis Pompejo libertatem suam venderet. Sed alieno plane tempore hoc fecit, cum ita Pompeji animum a se & a Rep. alienaverit a.

§. VIII. Sunt adhuc alia quædam a Cicerone in Consulatu gesta, quæ silentio præ-

S. S. Reliqua a Cicerone Cons. gesta.

a Plin. Cic. p. 773; b Cic. Att. l. 8. 17 f.

pretere non possumus. Et primo quidem ipſis Kalendis Januariis, quibus Conſulatum inſit, Senatam & bonos omnes agrariz legis maximamque largitionum metu liberavit *a*, oratione in Senatu contra *Publium* Tribunum plebis habita. Hic legem promulgaverat *b*, quæ agrorum publicorum magnam partem vendi, alios colonis dividi jubebat. *c*. Tum ut quodcumque ad quoscumque eorum, qui exercitum habuissent, & bella geſiſſent, ex præda, manubiis, aut coronario perveniſſet, perventurum ve eſet, neque in ararium illatum eſſet, id ad Decemviroſ huic rei creaturos referretur: iſque Decemviris ſummam plane poteſtatem tribuebat *e*. Cui Pompejus tamen ea lege excipiebatur *d*. Hanc legem primo in Senatu, ut dixi, Cicero diſſuaſit: & ſequente Senatu in concionem ad Populum profreſſus perſuaſit, non eſſe e Republica legem, quæ largitionem verbis oſtendat, revera exhauriet ararium: atque ita omnia belli ſubſidia, & ornamenta pacis Imperio Romano adimere. *e*. Et miranda ſane viſ orationis in Cicrone eſſe debuit, cum eo dicente hanc legem, hoc eſt, alimenta ſua tribus abdicaverint *e*; & auctores ejus legis ita perterriti fuerint, ut nihil contra dixe-

a Orat. in Pis. c. 2. *b* Vid. Cic. orationes agrarias *b* Plus. Cic. p. 866. *c* Or. Agrar. II. c. 9. *d* Plin. H. N. VIII. c. 30.

dixerint *a*. Alterum etiam dedit ſpecimen eloquentiz Cicero, qua omnes, quotquot hæcenus ſcimus, homines ſuperavit. Tulerat legem ante quatuor annos *L. Nefius Orbo* Tribunus plebis, ut equitibus in theatro quatuordecim gradus orchæſtre proximi ſpectandi gratia aſſignarentur *b*. Hanc legem plebs ad contumeliam ſuam pertinere rata ſibilis primum in theatro cum ipſo ejus auctore excepit; equites contra ei in ſignum grati animi plantarunt. Sed cum hæc res ad ſeditionem ſpectaret, Cicero Populum in eadem Bellonæ evocatum oratione facis æri habita ita mutavit, ut non tantum ignovet *c* Roſcio, ſed etiam ei plauſerit *d*. Tum adhuc in Conſulatu ſuo Cicero Orationem habuit *de proſcriptorum filiis*: Iniquam ſane cauſam, ſed eo tempore, ut videtur, Republicæ utilem defendens. Vidimus *libri præſ. c. 4.* ſtatim poſt mortem Sullæ id egiffe Lepidum, ut aſtra Sullæ reſcindereſſentur: & inuinitus, id quidem æquiſſimum futurum fuiſſe, ſi abſque periculo ſummæ Republicæ contingere potuiſſet. Idem fecit hic dicendum eſt: nam quid æquiſ ſiſſe potuit *f*, quam ut liberi eorum, quos Sulla proſcriperat non aliam ob cauſam, quam quod ejus inimici eſſent; & quos aditu in Senatum & petendorum honorum jure lege lata pri-

a Plus. l. d. *Vide etiam* Or. pro Sulla c. 23. *b* Hor. Epod. IV. Epist. l. 1. v. 62. *Juvon. III. v. 139.* *c* Cic. Act. II. 1. *Plin. ad. d. Plus. Cic. p. 867.* *c* *Ibid. p. 866.* *ſVell. Part. L. II. c. 25.*

privaverat *a*, in integrum restituerentur. Restitit tamen ipsis hoc petentibus Consul Cicero *b*, quod ea conditione fortuna usi essent, ut si essent magistratus adepti Reipublice statum convulsuri viderentur *c*. Postea tamen Dictator Caesar eos ad jus dignitatis revocavit *d*. Denique, ut ea, quae in Consulatu gessit Cicero absolva- mus, legem etiam tulit *e* *de ambitu* *e*, ut ad poenam isti crimini constitutam *decem annorum exilium* adderetur: & ne quis biennio, quo periturus erat, gladiatores dare vellet. *f*

S. 9. Clodius saena violas. A. U. 691

S. IX. Sed anno, qui Consulatum Ciceronis secutus est, casus singularis & nobis etiam memorandus evenit. P. ille Clodius, cujus jam antea mentionem fecimus captus amore *Pompejae* uxoris Cae- saris ornatu psalteria se firmit in domum ejus penetravit, cum ibi sacrum *pro Populo* fieret *g*. Celebrabatur hoc sacrum in aedibus Caesaris, quod Praetor es- set, non quod Pontificatum maximum gereret, ut quidam male illud huic cause tribuunt: disertis enim verbis dicit Cicero *h*, id factum fuisse in ea domo, qua esset in Imperio: ita ut Consuli- bus forte absentibus in Caesaris aedibus factum fuerit: nam in praecedentibus *spod* Plu-

Plutarchum in Ciceronis Consulibus domo idem sacrum factum legitimus *a*. Ab hoc autem sacro viri summa diligentia arceban- tur *b*; ita ut picture viriles, si forte ad- descent, velarentur; imo ne nomen qui- dem ejus *Dei* viros scire fas erat *d*. Clodius vero Pompejam perdidit amans, ne- que, aut ajunt, invitam ab ancilla coniecit eo introductus fuit. Sed dum per amo- ris impatientiam lateribus suis se conti- nere nescit, & per laxas aedes locorum ignarus vagatur *e*, ab ancilla agnoscitur. Ita profanatis sacris ingens terror civita- tem incescit. Caesar licet totis citatus, se nihil comperisse affirmaret turpissime quidem gratiam nefarii hominis aucupans, nam etiam mox cum Tribunum plebis fieri curavit *f*, uxorem tamen suam repudiavit, domum suam etiam a suspiciis liberam esse debere, asserens: id- que cum mater ejus *Aurelia* & soror *Ju- lia* apud judices omnia ex fide retulif- sent *g*. Nam Senatus quaestionem *de pol- lutiis sacris* extra ordinem habendam esse decreverat *h*, cum primus res eodem Senatusconsulto ad *Virgines*, (quas vo- ces in epistola ad Atticum mox citanda male omisit Cl. Grævius) & Pontifices relata, idque ab iis *nefas esse*, decretum fuif-

Tom. II.

O

a Plur. Sulla p. m. 482. *b* Plin. H. N. VII. c. 30. *c* Pina. 2. Quinllil. LXI. c. 1. *d* Vell. L. II. c. 43. Suet. Jul. c. 41. *e* Cic. Varin. c. 15. Dio L. 37. p. 15. *f* Cic. Ib. pro Sex. c. 64. pro Mur. 32. 34. 35. *g* Cic. Act. n. II. 12. Plur. Cic. 874. *h* de Har. resp. c. 17.

a Cic. p. 870. Vid. eund. Cas. p. 721. *b* Cic. d. l. c. 5. *c* 17. *c* Tibull. l. 7. 22. Juven. VI. 380. *d* Cic. d. exp. 17. *e* Plur. Cas. p. m. 712. *f* Cic. p. 874. *g* Ibid. p. 714. *h* Suet. Jul. cap. 73. *h* Cic. Mil. cap. 27.

finit. ^a Additumque est Senatus consultum, ut ex decreto Pontificum illud sacrificium bonæ Dææ instauraretur. ^b Ex eodem Senatus consulto Piso Consul, quem perditis plane moribus fuisse, tum oratione in eum habita, tum alibi sæpe testatur Cicero, ad Populum referebat, ut iudicium de pollutiis sacris constitueretur: sed ipse eodem tempore operam dabat, ut ea rogatio antiquaretur. Sed operas jam comparabat Clodius adjutore Curione, quibus illud iudicium disturbaret: iisque pontes, quibus ad ferenda suffragia transibatur occupat. Tum tabella ministrata sunt, (si fides Ciceroni, nam mira sane hæc fuerit corruptio) ita ut nulla daretur, UTI ROGAS: sed concursu Hortensii, Catonis, Favonii, aliorumque optimatum facta comitia dimissa sunt. Et decrevit Senatus, ne quid aliud ageretur, antequam rogatio lata esset. Tamen Hortensius, cum videretur, ne legi, quæ ex Senatus consulto ferenda erat, *Fusus Calpurni* Tribunus plebis, accerimus Ciceronis inimicus, intercederet, auctor fuit Senatui, ut idem ille Fusus legem de religione ferret, ut non Populus, sed Praetor cum consilio de pollutiis sacris cognosceret. ^c Et, licet etiam Cicero summo hominum favore subnixus in Clodium,

^a Cic. Att. L. n. 12. b Diad. 37. p. m. 30. c Vid. ex gr. Or. in Pisic. 22. 199. de prov. cons. c. 5. d Cic. Att. L. n. 12. 13. a Vid. Diad. 35. f. c. 46. in it. f. Cic. Att. L. n. 15.

REIPUB. ROMAN. LIB. VIII. 315
 dum, & juratus quidem, testimonium dixisset, ex iudicibus uno & quinquaginta unus & triginta Clodium absolverunt: eum non tantum pecunia palam distributa fuisset; sed etiam voluptatum maxime insaniam usura promissa. Optimam Clodio operam hic dedit Crassus: nam ille est, quem *Calpurnus*, ex *Nannejanis* illum, laudatorem suum vocat Cicero. Cum tamen iudices a Senatu praesidium petissent, quasi a favore Clodii sibi venturerent, facete Catulus, postquam absoluto reo unum ex iudicibus vidisset, Quid vos, inquit, praesidium a nobis postulabitis, an, ut nunc vobis eriperentur? Merito igitur eo uno iudicio statum Reipublicæ, qui in Consilio Ciceronis fundatus videbatur, convulsus esse, idem conjiciebat. Cui rei non minimum contulit, quod paulo post obiit Catulus; magno sane Reipublicæ damno: nam acris quidem optimatum fautor, reliquis tamen & moderatio & iustus fuisse videtur; & cum Cicrone & Catone maxime consilia socialis. Pompeij enim animus sincerus erga Reipublicam non erat, qui A. U. 69. Afranio, homini ignavissimo, Consulatum coemit pecuniam palam dividens. Non multum tamen id Pompejo profuit; cum Afranius salubationibus, quam rebus gerendis aptior esset: &

O 2 Mo-

^a Att. L. n. 15. b Senec. epist. 97. c Att. L. n. 19. d Plus. Crasto p. 551. e Cic. Att. L. n. 37. f Ibid. n. 15. Plus. Pomp. p. 642. G Cat. p. 774.

Metellus Pompejo iratus, quod foron e-
jus nuncium remisisset, omnibus ejus actio-
nibus obsistere *a*. Sed probitas ipsa Cato-
nis hoc tempore Reipublice nocuisse vide-
tur, quod quidem perditissimorum pla-
no morum indicium est; quod injurias,
quibus provinciales ab Equitibus Roma-
nis, qui publicum conduxerat, afflige-
bantur, non suo tempore prohibere vo-
luerit: atque ita illam ordinum conjun-
ctionem a Cicerone curatam disjocerit. Id-
que ad Atticum scribens culpam Cicero *b*,
cum etiam ipse Atticus turpissima foene-
tatione socios vexaret, societate cum pu-
blicanis inita *c*.

S. 10. De S. X. Tulerat in causa Clodii etiam
consula- testimonium Cicero. Cum enim Clodius,
en *Cel.* se illa nocte, qua sacra Deae celebranda
& exilio essent, Interamnā fuisse diceret, Cicero
Cic. probavit, eum ad se domi venisse, & de
A. U. 69. quibusdam rebus fecus egisse *d*: & prae-
rea in Senatu gravissime in eum fuerat
inventus *e*. Ergo jam anno Urbis 683.
Clodius a Patribus ad plebem transire
conatus est, ut ita Tribunus plebis factus
Ciceronem ulcisci posset: sed inhibitus est
a fratre suo patruelis Metello Consule *f*,
qui incipientem firare, atque conantem,
sua se manu interfecturum, audiente Se-
nate dixerat *g*: licet *C. Horrenius* Tri-
bunus

a Dio L. 37. p. 31. *b* L. I. n. 17. *c* *ib.*
n. 18. *d* *ib.* *Bosius*. *vid. ibid.* II. n. 7. *f*
d *Val. Max.* VII. L. c. 5. n. 5. *Plut.* *Cic.* p. 874.
e *ad Att.* I. n. 15. *f* *ibid.* II. n. 1. *g* *Id.* *pro*
Cel. c. 24.

bumis plebis, humili loco, de eo ad ple-
bem traducendo legem ferret *a*. Et Pom-
pejus aequae ac Caesar non satis Ciceronis
causam defendebant; licet ille verbis ha-
ctenus merita Ciceronis extolleret *b*. Ne-
que ipse ille equitatus, qui animose adeo
& fortiter Ciceronem Consulem & Rem-
publicam defenderat, causae optimatum
diu adfuit *c*. Et alii etiam optimates de-
licias potius & luxum *d*, quam Reimp-
ublicam curabant. Solus fere Cato cum suo
Favonio constanter bonam causam tueba-
tur *e*: quamquam Cicero, optimo quidem
animo, & summa fide eum hoc facere a-
mico suo Attico narrans, eum interdum,
ut jam diximus, Reipublice nocere asse-
rit, eum, tanquam in Platonis politica,
non, tanquam in Romuli sece, sententiam
dicere *f*. Atcedebant etiam aliae turbae,
cum *L. Flavius* Tribunus plebis faciente
Pompejo *g* leges de agris plebi & militi-
bus Pompeji *h* dividendis ferret: & Me-
tellum Consules acris resistentem (&
simul resistebat omnis Senatus) in car-
cerem duceret: qui etiam sella sua ad ja-
nuam carceris posita neminem ingredi eis
passus; Senatūque, si vellet, per mu-
rum introire jussit. Pompejus vero, cum
nec minis, nec terroribus lex obtineri
posset, pudore victus Tribunum disce-
dere,

O 3

a *Ad Att.* I. n. 17. 14. *b* *ib.* II. n. 1. *c* *ibid.*
II. n. 17. *d* *ibid.* I. n. 18. 19. II. n. 1. *e*
Dio L. 37. *f* *Cic.* *Att.* IV. n. 15. VII. 15.
g *Att.* II. n. 1. *h* *Id.* I. n. 16. *h* *Dio* L.
37. p. 31.

tere, & rogatione supercedere iussit. Et eodem jam tempore societatem cum Cesare & Crasso, quem antea Pompejo reconciliaverat Caesar, coiverat *a*: *no quid ageretur in Republica, quod displicisset mihi ex viris*. Maxime hanc conspirationem urseat Caesar *b*, qui docebat, si ipsi concordia consilio Rempublicam eripuisent, Catulos, Cicrones, Catones nullo numero futuros. Hoc foedus *c*, quod postea renovatum videbimus, & conjunctio potius Caesaris & Pompeji, quam dissenso, Rempublicam plane perdidit. Pompejus facile in id consenserat, quod potestatem suam imminutam senserat; & Patribus offensus esset, quia Mithridate Rege victo cunctantius acta sua confirmabant *d*: eique rei etiam obstabat, & meritis quidem *e*, Lucullus: quod suum potius honorem victi Mithridatis diceret, quem jam debilitatum Pompejo tradiderat *f*. Itaque volebat Lucullus, ut de singulis suis factis seorsim referret Pompejus, neque peteret, ut omnia simul approbarentur *g*. Crassus se inferiorem sentiens sperabat fore, ut illi quidem colliderentur, ipse interea ex eorum gratia potentiam suam augeter *h*. Pompeji acta Caesar mox rata haberi fecit *i*: & Lucullo *k*.

a Suet. Jul. cap. 19. v. Plut. Cras. c. 55. *b* Id. Pomp. p. 6. 44. Cas. p. 73. *d* Suet. Jul. cap. 19. *c* Plut. Cur. min. p. 774. *f* App. Alex. Civ. L. II. n. 432. *g* Divi. proc. d. h. Dio L. 37. p. 34. *in* i. *h* Appian. lib. n. 435. *Plut.* Pomp. p. 654.

so liberis resistenti tantum calumniarum metum iniecit, ut ad genua ei ultro accederet *a*, qui tamen adhuc aliquo tempore Pompejo restitit; sed tandem plane victus tradio cessit administratione Reipublice, & totum se luxui tradidit *b*. Ab hoc foedere quidam initium ducunt belli civilis: ejusque historiam conscripsit Varro *Priscipina* nomine indito *d*. Et Caesar quidem prudenter egit, cum etiamnum aliorum indigeret auxilio, ut primum in civitate locum obtinere posset: sed incautus fuit Pompejus, dum Caesarem extolendo amulum sibi metuendum comparat *e*. Anno sequente Caesar, qui triumphum ex Hispania dimiserat, ne Consulatum excluderetur *f*, (cum prohibuisset Cato, ne absentis haberetur ratio *g*) Consul factus est cum Bibulo, licet ipse Lucejum collegam habere maluisset *h*; & cum ipse favore, Lucejus pecunia polleret, convenit, ut Lucejus communi nomine pecuniam per tribus pronunciaret. Et optimates, qui nihil non aurum in summo magistratu Caesarem metuebant, si concordem habuissent collegam, auctores Bibulo fuerunt tantumdem pollicendi. Imo ne Cato quidem abnuit, cum largitionem & Republica fieri *i*. Ut tamen aliquo modo inhiberetur ambitio

a Suet. Jul. c. 20. *b* Plut. Luc. p. 520. *c* Horat. Od. II. 7. *d* Appian. Civ. L. II. n. 433. *e* Attic. L. II. n. 19. *f* Plut. Pomp. p. 643. *g* Suet. Jul. c. 18. *App.* n. 432. *h* Plut. Cur. min. p. 774. *Dion.* L. 37. p. 33. *h* Attic. L. II. n. 16. *i* Suet. Cal. c. 19.

bitio Caesaris, Senatus futuris Consulibus provincias minimi negotii decrevit. At consulatu potius Caesar legem agrariam tulit, cum plebem largitionis spe insecutam, & sicis sub vestibus armatam ad suffragium vocasset; frustra Catone Populum, quum perniciofa hac foret largitio, admonente a. Et, cum iniquis Caesaris actis Senatus adversaretur, eam occasionem ipse arripuit vociferatus, se injuriis coactum ad Populum transire: atque eo perduxit Pompejum & Crassum, ut in concionem a Caesare producti, leges se Caesaris probare dicerent: quin, ut Pompejus auxilium advektus omnes, qui illi legi adversari vellent, polliceretur e. Legem autem tulit de campo *Selrate* a majoribus consecrato d, & agro Campano, qui ad subsidia Reipublice vestigialis erat, viginti millibus civium, quibus terni pluresve liberi essent, dividendo; creandisque, qui illi negotio praeficerentur, viginti viris e. Imo legi execratio fuit addita, qua candidati magistratum se ipsos execrarentur, si in magistratu, quem peterent, mentionem fecissent de agro Campano aliter possidendo, quam lege Julia praeficeretur f. Quin a Patribus quoque & Populo jusjurandum exegit g, capitali poena in negantes constituto.

a *Plut. l. prox. d. b Id. Caf. p. 713. c Pomp. p. 644. c Dio L. 38. p. m. 37. d Suet. Jul. c. 20. e Cic. Att. II. 16. f Attic. L. II. n. 18. g Plut. Cat. min. p. 775.*

siuta a. Cato ipse, ut juraret, ab amicis expugnatus est b. Quod nisi certum esset ambitionem hic magis, quam bonum publicum, latronem spectavisse, lex utilis satis videri poterat: cum & cives ita a seditionibus ad agros colendos converterentur; & Italiae loca vacua colerentur; & veteranis praemia absque magno ararii detrimento suppeterent c. Plutarchus autem duas leges agrarias latas refert, in quarum priorem juraverit Cato: sed qui in alteram jurare noluerit: verum, quomodo eas distulxerit, non satis perspicuo. Idem addit, eum propterea iussu Caesaris in carcerem Cato duceretur, Senatum, & optimum quemque Populo secutum esse; ita ut tandem verocunda motus Caesar tunc ex Tribunis miserit, qui inde Catonem eximeret: quod ipsum etiam a Dionem traditur. Equites quoque Romanos sibi conciliavit, dum publicanos tertia mercedum parte relevat d. Sed ita nervi ararii plane succidebantur: praesertim cum etiam anno precedente Metellus legem tulisset, de portorii in Urbe & Italia abolitio, levis e. Est statim ex tribus illis conjunctis in Republicam superius evasisse videtur Caesar, quod ex Ciceronis loco citato colligo: eique omnium maxime Republica turbata opus erat ob ingens alienum: nam etiam in Hispaniam a-

O s beun-

a *App. Al. Civ. L. II. n. 434. b Dio L. 38. p. m. 30. c Ibid. inis. libri. d Dial. p. 148. d App. Civ. Lib. II. n. 445. e Att. Att. II. n. 16. Dio L. 37. p. m. 32. Att. I. n. 15.*

beantem creditores respuerant *a*. Bibulum potro collegare minus luminopere teruit: imo cum amicus suis per Vatium Tribunum plebis fractus fasces foro expulit *b*; Catone ultimo discedente, respectante, & in civium capita detestante *c*. Mox Caesar per viatorem Bibulum rursus domo extraxit *d*; qui deinde per octo totos menses domi latrans *e* per edicta tantum obnunciavit: & supplicationes decernendo dies comitiales Caesari exemit *f*. Ea re Bibulum plebis quidem gratiam indignante Cicero *g*, sibi conciliavit, sed gratiam, ut plebis esse solet, fragilem; licet ejus commodis adversaretur *h*: ita ut eadem mox legibus agrariis declina Triumvirorum actionibus faverit *i* que modo Pompejum in theatris & amphitheatris sibilis & dicteriis exceperat *k*. Et merito: quippe qui publice simul cum Crasso in concionem productus auxilium Caesari promiserit, ut paullo ante narravimus. Leges tamen quasdam, praeter eas quas diximus, in suo Consulatu Caesari tulit, de provinciarum administratione *l*, de precensis reposituris *m*; & si quae aliae fuerint, quae nobis hic recensende non sunt. Sed tamen Cicero, qua etat sagacitate, jam tum collige-

a Suet. *l. 8. App. Al. L. II. n. 432.* *b* Suet. *Jul. c. 20. c* Plin. *Cat. p. 77. f. d* Cic. *Vatin. c. 9. e* Plin. *Pomp. 644. Suet. d. l. Vid. Aris. II. n. 20. f. Dio L. 38. p. 37. g. Ar. II. n. 10. h* Ibid. *n. 19. 20. 21. i. Plin. l. d. k* Ar. *II. n. 19. l* Ibid. *l. n. 26. VL n. 7. Fam. II. n. 17. V. n. 20. m* Id. *pro Sext. c. 64.*

legebat ex amicitia & affinitate inter Pompejum & Caesarem contracta, (Caesar filiam suam Caepionem pactam a Pompejo nuptum dederat, licet Pompejus ipso Caesare sex vel septem annis major esset, eodemque tempore Caesar *Calpurniam Pisonis* filiam in consulatu sibi successurum uxorem duxit *b*; ita ut palam testaretur Cato, indignum esse, nuptiarum lenociniis imperita, provincias, exercitus addici colligebat, inquam, ex illis rebus Cicero, eos ad alia res pestiferas aditus sibi comparate: & animum Pompeji jam tam a se alienatum suspicabatur *c*: nec, ut videtur, immerito. Tum, qui ipse de concordia ordinum in suo consulatu constituerat, inania jam esse experiebatur. Ipse vero Cicero etiam non bene, licet ubi amicum conjunctissimum scribens, in epistolis ad Atticum variis eognominibus probro Pompejum designat, *Samplicerammum d*, *Arabarchem e*, *e*, *Agamemnonem f*, *Epiratem g*, *Megalotichum h*, *Hierosolymarum i* vocans: quorum pleraque nimiam Pompeji potentiam notabant. Caesari tamen Ciceronem in locum *Caesopji* Vigintiviri, qui obierat, adscribere voluit *k*; atque is, dum magno animo id recusat, in odium Caesaris etiam magis incurrisse creditur *l*. Et Pompejus, quamquam

O 6 quam

a Plin. *Pomp. p. 644. l. d. Casp. 714. b* Suet. *Jul. c. 21. c* Ar. *II. n. 17. f. d* II. n. 14. 16. 23. *e* Ibid. *n. 17. f. Vid. S. L. VIII. c. 8. 6. 2. g* Ar. *II. n. 3. h* Ibid. *n. 17. i* Vid. *Ar. II. n. 13. k* Ar. *II. n. 19. l* Vell. *Par. I. II. c. 15.*

quam jam Ciceroſi periculum minaretur Clodius, adjurabat ſe non eſſe paſſurum, ut violaretur *a*. Verum Cicero promiſſis Pompeji ſummas diſſuſus, *b* ad reſpondendum ſe parabat, cauſe etiam ſuz nimium ſidens: cui cito quidem hæc virtus ejuſ fracta jacuit. Et porro ſe præcipitibus Cæſaris conſiliis immiſcuit Pompejuſ urbem armatis implens *d*, cum Cæſar, quæ cuique libuiſſent, nullo contradicente dilargiretur *e*. Clodij etiam traductiõnem ad plebem Cæſar, nec ſine Pompeji conſenſu, promovit: imo Pompejuſ Cæſari legem de Clodij arrogatione ferenti in auſpicio adſuit *f*; quod factum eſt ejuſdem diei vespere, quo Cicero in iudicio C. Antonium collegam olim ſuum defendens *g* temporum ſtatum deploraverat. Nam Clodius hoc anno perfecit, quod anno præcedente fruſtra tentaverat: & primum quidem ex Tribuniſ quõſdam ſubornaverat *h*, qui legem ferrent, ut patriciis quoque tribunatus capiendi poteſtas eſſet. Sed, cum id non ſuccederet *P. Fenejo* ſe, homini plebejo *i*, adoptandum dedit; ſicut ille Clodiano minor foret *k*. Pompejuſ vero id agendo ſe bonis exolum, improbis non amicum reddebat: & ex magna illa dignitate, quæ apud Populum fuerat, præceps

a Att. II. n. 20. 23. 24. *b* Ib. n. 22. *c* Ib. n. 18. 21. *f*. 22. *d* Pluſ. Pomp. p. 644. *e* Suet. c. 20. *f* Att. II. n. 21. *g* Pro Clodio c. 16. *h* Dial. 37. *i* n. 32. *j* Cic. Att. II. n. 7. 12. *k* Id. pro Clodio c. 13. Suet. Tib. c. 2.

ceps lapſus eſſe videbatur. Itaque non diu poſtea ipſum eorum conſiliorum pernituit: licet metu adhuc iſdem uti cogereetur *b*. Cæſarem vero cõſiliis Bibulianis nimis irritari dolebat Cicero. Et Cæſar, qui Ciceroſi legationem obtulerat *d*, quam etiam Cicero ad occaſionem tenebat, ſeditioſiſſimis quidem concionibus Populum conabatur incendere, (ut nempe ipſe, Conſules ſibi addictos in annum ſequentem habere poſſet) ut ad Bibulum iret *e* vi ab eo extorſurus, ne amplius ſuis interceſſionibus comitorum indiſtinctionem prohiberet. Et ope Pompeji Conſules fecit Cæſar in annum ſequentem Piſonem ſocrum ſuum *f*, & A. Gabinium, foediſſimum Pompeji adulatorem *g*. Interea Cæſar, ut in quõſdam diverſæ factionis cives ſeruire poſſet *h*, Vettium illum ſubornavit *i*, quem ſ. 3. etiam inter indices conjurationis Catilinariæ fuiſſe vidimus, qui diceret ſe a viris quibuſdam præcipuis ſollicitum cum Curione de interſiciendo Pompejo conſilia inviſſe: & adoleſcentium conſilium fuiſſe principe *Paullo*, (ſed quem conſtabat eo tempore Quæſtorem Macedoniam obtinuſſe *k*) ut in foro cum gladiatoribus Gabini Pompejum adorirentur. Igitur Vettius in vincula conjicitur: & inde a Cæſare, vel Cæſa-

a Att. II. n. 22. 23. *b* Ib. n. 19. *c* Ib. n. 21. *d* Ib. n. 18. *e* de prov. conſ. c. 17. *f* Att. II. n. 21. *g* Pl. Pomp. p. m. 644. *h* Cic. iſſe. red. in Sen. c. 5. *i* Suet. r. 20. *j* Att. II. n. 24. *k* In Fat. c. 10.

Cæsaris impulsu a Vatino Tribuno plebis in rostra productus, unde Catulum principem civitatis paullo ante Prætor Cæsaris verba facere prohibuerat, primores populi quasi consilia sui conscios nominavit: a: (inter quos etiam fuit M. ille Brutus conjuratorum postea in Cæsarem princeps: sed quem *Q. Capionem Brutum* vocat Cicero *b*, quod ab avunculo suo *Q. Servilio Capione* adoptatus esset) Ciceronem tamen, occulte tantum, quasi illi causæ faveret indicans. Sed Bruti nomen postredie de oratione Vetti sublitum est: quod a Cæsare datum esse crediderunt homines precibus matris ejus *Servillie c*, cum qua Cæsari commercium stupri intercedere credebatur *d*. Vettius sequente nocte in carcere necatus est: cuius cadis invidia in conscios ejus rejecta Cæsari obtinuit, ut vi ab injuriis defendere se liceret.

Tandem ex his omnibus turbis collecta tempestas in caput Ciceronis erupit, cum Clodius ope Cæsaris Tribunus pl. factus esset: cui se etiam junxerunt & Pompejus *g*. Hic quidam, quod videret, plures esse in Senatu, qui ob superbiam, qua Luculum exceperat & ob alias causas, nimium nempe erga omnes fastum & nimiam potentiam, ipsi contrarii erant.

Tum

Tum Gabinius & Piso, qui Cæsare amittente, ut vidimus, Consulatum obtinuerant, insensibilis Ciceroni erant *a*. Maxime autem Ciceroni succensebat Cæsari, quod inter Vigintiviros agro Campano dividendo legi nolisset *b*. Clodius vero, quod inter eos lectus non esset Pompejo & Cæsari Crassoque iratus erat: & tamen, omnia se Pompejo adiutores, Crasso auctore facere clamabat *c*. Catonem autem, ut paullo post videbimus, in Cyprum ablegaverat Clodius: nam hujus constantia & virtus hominibus improbis formidini erat. Inde, ut delinata contra Ciceronem perficeret, primam plebis gratiam sibi conciliandam statuit *d*: & varias in eum finem leges tulit, quarum prima frumentum, quod ex lege Semproniana semis æris ac timentibus erat, gratis dividebat *e*: ejus negotio profecerat *Sex. Clodium* gentilem suum, quem *belluam* & *gnarissimum* appellat Cicero: unde primum enata summa illa annox caritas quæ mox secuta est. Altera lege collegia, quæ jussu Senatus sublata erant *b*, non tantum restituebat: sed nova etiam ex fruce vulgi, imo ex servitiis constituebat. Tum, ut Consules demereretur, legem tulit, qua Pisoni Consuli Macedoniam, Gabinius Syriam dabat eam infinito imperio *f*: ita ut

Piso.

a Vid. *Q. Catull. carm. 99. vel in ed. Lond. Vossip. 327. b* *Att. II. num. 24. c* *Cic. Abid. d* *Suet. Jul. c. 50. e* *App. Al. Civ. L. II. n. 434. f* *Plur. Cæs. p. 714. Att. II. num. 15. g* *Or. pro Sext. c. 17. 18.*

a *Vid. post. ved. in Sen. c. 13. de har. ref. c. 2. b* *Vellej. l. II. c. 45. c* *Dr. Har. resp. c. 22. d* *Dio L. 38. p. m. 48. e* *Vid. Supr. L. 5. 11. c. 3. 5. 2. f* *Ascon. ad Or. in Pific. a. g. Cic. b. h. V. d. l. p. x. d. i. Cic. in Pific. a. 24. K. l. b. c. 100. p. d. m. c. 22.*

venit a. Hoc vero cum Consules viderent b, & Clodius cum armis adesset, Senatores multi vestibus discissis & clamore sublato se proriperunt c. Nihilominus, cum non tantum a Cesare & Crasso d, qui se, ut jam dictum est e, occasione conjurationis Catilinae a Cicerone lessum crediderat f, delitutum videret, verum etiam ab ipso Pompejo, cui jam dudum ipse minus fidebar, & qui debita opera Urbe exiverat, ne Ciceronem opem ejus implorantem audire, & jam antea promissa praestare cogeretur h, Urbe cessit, ne sua causa cedes civium fieret. Alibi tamen i queritur, se hoc fecisse consilio quorundam invidiorum permotum; in quibus Cæsar & Piso Consul numerati possunt k. Et dixit aliquando l, eosdem fuisse, qui Bibulum exire domo prohibuissent; & qui se cogissent. Pompejus quidem consilium manendi Ciceroni dederat auxillum pollicitus; quod tamen non praestitit. Et Cæsar, adeo damnationi Ciceronis favebat, ut non ante ad exercitum profectus sit, quam Clodius Ciceronem Italiam expulisset m. Curaverantque Pompejus & Cæsar, ut anni sequentis Consules quam maxime rationibus suis addictos haberent: & Q. Ar-

ranus

a Or. pro Plancio. 35. b Ibid. & in Pis. c. 8. c Plur. d. l. Dio l. 38. p. 42. e Famil. l. n. 9. f Vn. 8. i Vid. et. Plus. Cra. Sop. m. 151. g Famil. Vn. 7. h Quint. fr. l. n. 3. f. h Ad. Att. l. n. 21. i l. 11. n. 7. 9. Famil. l. n. 11. & k Dio d. l. 34. l. seq. l Famil. l. n. 9. m Plur. Cr. Sop. m. 713.

ranum senem Prætorium, & L. Lentulum Flaminem Marcialem a petitione repelli fecerant; cum hunc etiam inter conjuratos a L. Velleio nominari fecissent a. Præquam discederet Cicerus, ut memoria rerum in consulatu suo gestarum conservaretur, in Capitolium adcedens simulacrum ibi, quod habebat, Minervæ domesticum, quam *Urbanam*, sive *Cusidam* Urbis vocabat, consecravit b. Postquam discessisse Ciceronem comperit, legem tulit Clodius, ut illi aqua & igni interdiceretur; nec intra quingenta millia passuum ab Italia telto reciperetur c: de quo spatio tamen postea aliquid remissum est d. Additum etiam legi, ut qui Ciceronem recepisset, impune posset interfici f; quod tamen non prohibuit, quin comiter ubique receptus fuerit e: nisi quod Prætor Siciliae g C. Virgilius, qui familiarissime Cicerone usus fuerat, ei scripsit, ut Sicilia abstineret. Consulit autem se in Græciam h, & inde in Macedoniam, ubi humanissime exceptus & toto anno liberaliter habitus est a L. Appulejo Prætoris Questore Cu. Plancio i, quem postea etiam defendit, cum de *Sodanitis*, quod inter crimina ambitus gravissimum erat,

a Or. in Vat. c. 10. Ad. Ill. n. 14. b l. Fam. XII. n. 25. de LL. l. c. 17. pro domo. 57. c Plur. Cic. p. 876. d Ad. Att. l. n. 42. e Dio l. 38. p. m. 43. f Or. pro domo. cap. 20. g Pro Plancio. c. 40. h Pro domo. c. 20. i Or. pro Plancio. c. 10. Or. c. 41. & alibi.

erat, accularetur: & licet civitates Græcæ officiis erga Ciceronem certarent, hic tamen abjectissimo animo, & profusū sapientix studiis, quæ profitebatur, indigno suum infortunium tulit *a*. Statim ac profectus erat Cicerō, Clodius ejus villam inflammavit, domum ejus in Palatio incendit: & in ejus æra templum Libertati extruxit *b*. Uxor ejus et liberi omni crudelitatis genere vexati sunt *c*. Supellex ejus direpta, ejusque bona pars ad Consulē delata est; nam licet hæc Ciceronis bona subjicerentur, emptores tamen nullos inveniebat *d*. Et tamen non adeo diu post reditum cum altero Consule Gabinio Cicerō in gratiam rediit & non tantum; sed em̄ etiam in repetundarum judicio defendit *e*, non sine aliqua levitatis nota; licet se Pompeji auctoritate cum eo in gratiam rediisse dicat. Verum diuturnum Ciceroni exilium non fuit; nam Kal. Januarii referente Mummio a frequenti Senatu revocatus est *g*, uno tantum ex Tribunorum collegio *Sex. Ælio Liguro* intercedente *h*. Et Pompejus quoque, cum a Clodio acta ejus vellicarentur *i*, qui etiam eo invito Tigranem Armenia Regis filium obsidem Romanis datum muneribus corruptus liberaverat et potestate

L. Fla-

L. Flavii Prætoris subtraham *a*, & intoleranda esset hujus hominis insolentia; imo tanta, ut ab eo sibi metuumdum esse Pompejus crederet, (nam omnia Pompeji acta rescindere volebat *b*) culpam suam in prodendo Cicerone commissum fallus & ejus reditum promovere cepit *d*, adjutus etiam ab aliis, ut a L. Domitio Prætorē Urbano, qui semper nimis potentie inimicus erat *f*. Itaque, licet resisteret Clodius, placuit Senatui, nihil in Republica agi, nisi Cicero revocatus foret *g*. Verum artibus inimicorum, qui etiam vitæ Pompeji a Cicerone infidias domi postas fuisse dixerat *h* reditus ejus prohibitus est ad pridie Nonas Sextiles anni sequentis. Nam primum de exde Pompeji consilium fuisse intum dicit Cicero *i*; & ferrum Clodii cum fica, ut Pompejum Senatū ingredientem interficeret, collocatum deprehensum fuisse sapius narrat *k*: ita ut Pompejus per aliquod tempus se domi præ metu contineret *l*; ubi etiam a liberto Clodii *Damiano* obsessus fuit *m*, consultans interim, quomodo Senatus & optimatium indignationem, quam sibi attraxerat, molliret. Et nullum melius invenit

a Ad Att. III. n. 2. seq. Famil. L. XIV. Plur. Cle. p. 877. Asp. Al. Av. L. II. n. 436. b Pro domo c. 51. c Ib. c. 23. d Plur. l. d. e Pro Rab. T. G. c. 8. l. Val. Max. L. IV. c. 31. ex. 4. g Postul. in Sen. c. 2. pro Sext. c. 31. h Vid. pro domo. 19. de Har. res. c. 3. i Pl. Pomp. p. 645.

a Dio l. 38. p. m. 47. f. Cle. pro domo. 25. Afcon. pro Mil. c. 14. b Cic. pro domo. 25. c Ib. c. 10. d Plus. ad. II. c Vid. Or. in Pis. c. 31. f Ad Att. III. n. 15. g Pro Sext. c. 31. in Pis. c. 13. Att. III. n. 24. h Pro Sext. c. 18. i Ib. c. 32. pro domo cap. 5. o 50. Afcon. pro Mil. c. 14. k In Pis. c. 12. pro Mil. c. 7. l De har. res. p. 23. pro Sext. c. 32. m Afcon. ad Milon. c. 14.

nit consilium, quam ut Ciceronis Senatui gratissimi revocationem quam maxime peteret properaret: ita ut supplicem ejus fratrem Quintum ipse in forum deduceret; quem saepe ex ferro & manibus Consulium elapsum dicit Cicero *a*. *Piso* etiam Ciceronis gener cum uxore sua *b* quotidianis lacrymis fordibusque reditum saceri a Populo deprecabatur *c*; parvum simul ostendens ipsius Ciceronis filium, cujus ipse vite etiam infidias struxisse Consules conqueritur pater *d*. Ego turlus iv. Kal. Nov. octo Tribuni plebis de reditu Ciceronis legem promulgavit *e*; & iisdem referentibus *Lentulus* Consul designatus de Cicerone praestantissimam sententiam dixit *f*. Atque idem Kal. Januarii, simulac de religione retulerat, nihil humanarum rerum sibi prius quam de Cicerone agendum judicavit *g*; & princeps rogatus sententiam *L. Cotta*, legem nullam de reditu Ciceronis ferendam censuit *h*, cum nihil moribus, nihil legibus, nihil jure in ea re factum esset *i*. Quin ipse *Metellus* Consul, licet Ciceronis inimicus, de ejus reditu ad Senatum retulit. Cum tamen res variis adhuc rationibus impediretur, voluntate Senatus perspecta, (nam, ut in publico lactu, publico consilio Senatus ob Ciceronis exsilium vestem muta-

verat *a*) causa ad Populum vit. i. Kal. Febr. delata fuit; quo die in foro Clodiani maximam civium credem fecerunt, quasi flumine sanguinis Ciceronis reditum intercludere vellent *b*; accepteratque *Clodius* a fratre *Appio* gladiatores, quos ille in funere propinqui cujusdam sui daturus fuerat *c*. Tum etiam Tribuni plebis vulnerati sunt; & *Q. Cicero* inter cadavera tanquam occisus jacuit *d*: in quibus omnibus *T. Annius Milonem* Tribunum plebis egregium salutis suae defensorum expertus est Cicero *e*. Unde nova inimicitiarum Milonis & Clodii origo existit; nam Milo Clodium de vitum postulavit. Sed alter Consul *Metellus Nepos*, qui frater patris erat Clodii *f*, & privatus etiam cum Cicero ne gerbat inimicitias, praeiens judicium fortitionem nondum factam esse, quod nondum creati essent *Questores*, edixit Pratori, ne quod judicium fieri pateretur *g*. Et, libenter paruisse Praxorem credi potest, quod *Appius* esset *Claudius* ipsius Clodii frater germanus: qui tamen puallo post privatis simultatibus causam publicam praestulisse visus est: quemadmodum etiam *Metellus* cum absente Cicerone in gratiam rediit, se, inimicitias Patribus Conscriptis, & tem-

a Pro domo c. 23. b lb. c. Post. red. ad Quir. c. 3. c in Sen. c. 7. d ll. cc. e pro Sext. c. 24. e lb. c. 32. Attic. ll. n. 23. f Post. red. in Sen. c. 34. pro domo c. 27. g Post. red. ad Q. c. 5. h Pro domo c. 26. Act. ll. n. 15. i lb. c. 62.

a Post. red. ad Q. c. 3. pro Planca c. 35. b Post. red. ad Q. c. 5. in Sen. c. 30. Dio l. 39. p. m. 59. c Pro Sext. c. 35. d Famil. l. n. 6. de Har. resp. c. 4. pro Mil. c. 32. de Off. La. lb. c. 17. f Post. red. x Sen. c. 20. g Dio l. 39. p. m. 75.

potibus, & Reipublice permiffurum, affirmans a; & bonæ Metelli indolis, ut videtur, fiducia jam antea Cicero, dum adhuc exfularet, opem ejus imploraverat b. Ergo Milo c, jure nihil agi poffe videns, etiam ipfe gladiatores emit d. fed hæcenus nihil iis opus fuit: nam Cicero, postquam Pompejus (cui ergo omnia fe debere fateatur) e verbis honorificentiffimis de eo locutus fuiffet, ab exilio revocatus eft; & frequentiffimis quidem fententiis g, ac fummo favore, ita ut Senatus, auctore Pompejo, decreverit, ut, fi quis impediviffet reditum ejus, in numero hoftiam putaretur h. Atque illud Senatusconfulto eo ipfo die in maxima theatri frequentia incredibili clamore & plausu comprobatum fuit. Inde lex de eodem negotio ab omnibus Magistratibus, Claudio Prætorè tantum, & duobus Tribunis plebis N. Quinlio i & Sex. Atilio k (quos de lapide emptor, id eft, tanquam mancipia Clodio additos vocat Cicero l) lata, atque pridie Nonas Sextiles comitiis centuriatis a Lentulo Confule perlata eft, folo Clodio eam oratione habita difluadente m: ita ut Populus nullam unquam rem tanto confenfu feiverit: & omnis Italia,

cân-

a Post red. in Sen. c. 10. pro Sext. c. 33. b Epist. Fam. V. n. 4. c Pro Sext. c. 41. post red. in Sen. c. 8. d Ad Quir. fr. 11. n. 5. e Famil. 1. n. 9. 111. n. 10. f Ad Quir. post red. c. 7. pro Sext. c. 60. g Pro domo c. 6. de Divin. L. 1. c. 28. h In Pis. c. 15. i Pro Sext. c. 33. k Pro Mil. c. 15. l In Pis. c. 15. m Pro Sext. c. 59.

tanquam signo dato, ad ea comitia convenerat n. Eo ipfo die, quo hæc Romæ fiebant, Cicero Dyrrhachio profectus fuerat, & poſtridie Brundifii fumma gratulatione exceptus fuit. Hinc lento itinere concurrentibus undique hominibus ex oppidis & civitatibus ad Urbem profectus etiam illic lætiffimos omnes de fuo adventu reperit o: ita ut ad portam vix integer dies recipiendis gratulorum officiis luſſerit e; unde poſtea, & juſto quidem titulo factavit, *ſe humeris Italici reportatum eſſe d.* Gratiâ ſtatim egit Senatui & Populo orationibus, quæ hodie leguntur e. Atque ita ſexto & decimo, poſtquam in exilium pulſus erat, menſe reſtitutus fuit. Tum Senatus decrevit, ut civitatibus, quæ In Ciceronem officioſæ fuerant, publicæ grates agerentur; utque domus & villa, quas deſererat Clodius, publico ſumptu reponerentur f: licet queratur Cicero, valde illiberaliter ea omnia fuiſſe æſtimata g. Paulo poſt contentione de domo Ciceronis orta, quam Clodius Libertari conſecraverat, Populus, reverſo Cicero, eodem jure quo fuiſſet, eſſe juſſerat, de ea re ex Senatusconfulto ad Pontificum collegium relatam eſt: ubi tum Cicero orationem dixit, quæ exſtat. Ut vero jam ea, quæ proxime narratis arctius adherent, abſolvamus,

Tom. II.

P

A. U.

a In Pis. c. 15. b Pro domo c. 28. Pro Sext. c. 63. in Pis. c. 22. Vellet. L. 11. c. 45. c Appian. Civ. L. 11. n. 437. d Pſendo Salluſt. in Cic. c. 4. e Fam. 1. n. 9. f In Pis. c. 22. g Att. 4. n. 2.

A. V. 592, cum prodigia multa facta esse, nunciaretur, & haruspices, *Deos iratos esse, respondissent, quod loca sacra & religiosa profana haberentur a Clodio, qui jam Aedilis factus erat, (unde obiter observari potest, eum adhuc multum gratia apud Populum valuisse) eam occasionem avide arripuit, &c. Ciceronis donum inter ea loca esse, dixit. Cicerone oratione, quam habemus, de haruspicum responsis, se in Senatu defendit, & docuit: si quid calamitatis Reipublicæ impendat, Clodium scelerebus & furori esse tribuendum. Inde Milone, & quibuldam aliis Tribunis plebis adhibitis, Capitolium ingressus tabulas, quas ibi de exilio ejus fixerat Clodius, dejecit: easque a Clodio repositas postea, observata Clodium absentia, secum domum adportavit. Hoc tamen Cato, licet & ipse adisset Clodium, violentum esse affirmabat, quod ita tot decreta & res gestæ Senatûconsulto tollerentur: nam in iis etiam erant, quæ ipse Cato in Cypro & alibi gesserat: imo Clodio in contentionibus, quibus cum Cicerone decertabat, ex eadem causa adfuit: de qua ergo expeditione Catonis jam nobis videndum est.*

CA.

a Cic. de har. resp. c. 5. 10. & c. b Plut. Cic. p. 878. c Dio L. 39. p. 63.

CAPUT QUARTUM.

Gesta in Cypro & in Ægypto.

§. I. **S**I unquam a Romanis negotium Occasio aliquod injuste susceptum fuit rei, hæc certe expeditio, qua Cyprum insulam ditissimam in suam potestatem redegerunt, omnino injustissima fuit. Tenebat eam a *Ptolemaus Alexander*, qui *Ptolemaei Euergetis II. sive Physconis* erat filius: nec ad scopum nostrum refert narrare, quare ratione hoc regnum accepit: sufficere ostendere, quomodo eo a Romanis fuerit exutus. De hoc Rege amico & socio, & bene de Romanis merito & legem tulit *P. Clodius* Tribunus plebis, ut regnum ejus in Provincia formam redigeretur; & jusque bona publicarentur; utque *Byzantium* exules reducerentur; & eaque Provincia *M. Catoni* nomine *Quæstoris*, sed jure prætorio, mandaretur. Causas autem hujus rogationis Clodius habebat, quod, cum aliquando a piratis fuisset captus a *Ptolemaeo* redemptus non esset: quod tamen, quo jure ab illo Rege estlagitandum fuerit, non video. Sed verior, ut jam antea vidimus, ipsi causa erat, ut; *Catone* ex Urbe amandato, ipse, quæ libuisset, agere posset

P 2

let

a Justin. L. 39. c. 4. & ejusdem libri perioche. b Cic. pro domo c. 8. 20. pro Sexto cap. 26. seq. c Plut. Cat. min. p. 776. d Val. Par. L. 11. c. 45. e Strabo L. XIV. Dio L. 38. p. m. 48.

set a. Nam ita obligato Catone, pulso
Cicerone, Lucullo in prædia digressio,
Craso privata curante negotia, & Cæsa-
re Gallias, inter Pompejum quasi & Clo-
dium civitatis administratio erat divisa.
Verum satis mirari nequeo, Catonem, il-
lum rigidum virtutis, ut certa præ se fe-
rebat, cultorem, passum fuisse, ut talis
sibi provincia imponeretur: nulla enim,
quod sciam, lege ad eam suscipiendam
cogi poterat, licet id innuere videatur
Cicero b: & palam est, cum, *ut in sine
capitis præcedenti* diximus, hæc acta sua
Cato postea rescindi noluerit. Imo paulo
post Clodio cum Cicerone contendenti
adfuit c. Conatus quidem eum defendere
Cicero d: sed tamen ipse eodem
loco *rogationem* Cypriam vocat *sceleratissi-
mam*. Ita ut etiam huic Catoni ex parte
aptari possint, quæ de virtute pioavi
ejus Catonis præci minus sincera dixi-
mus e. Et etiam turpiter in leges Clodii
juraverat: quanquam hoc quoque factum
excusare conatur Cicero. At quanto for-
tius Metellus, qui in leges Saturnini ju-
rare recusans lubentius exsilium subit?
Præmisit in Cyprium Cato amicam suam
Onidiam, qui persuaderet Ptolemæo;
ua sine certamine cederet, ostensa ipsi
spe honesti & opulenti otii, sacerdotii
nempe *Paphia Veneris f.*

§. II.

a Cic. pro domo c. 25. Plut. Cæf. p. 718. b L.
civ. V. d. c. Plut. & Dion. II. c. c. Diol. 36. p.
m. 63. d Sext. c. 28. e Supr. L. V. c. 4. §. 10.
f Hist. Ant. min. p. 776.

§. II. Sed Ptolemæus, antequam adve- *Exitus
belli.*
niret Cato, venenum sumpsit: cum an-
tea, si Valerio Maximo credimus a, ovi-
ni pecunia imposita navibus in attum pro-
cessisset, ut classe perforata suo arbitrio
periret, & hostes præda carerent b.
Igitur Cato Brutum fororis filium mi-
sit, qui ingentes Regis divitias undi-
que comportaret; quod non satis fide-
ret Canidio. Et cum Byzantium profes-
tus concordiam eo & exules reduxisset,
in Cyprium regressus exactissima diligentia
bona regia acquisivit, vendidit, & pec-
cuniam, septem fere M. talentorum c
& argenti secum Romam avexit: Sed ra-
tionum libellos, quos non ad suam pro-
bandam fidem confecerat; verum ut al-
liis sedulitatis exemplum præberet, alte-
rum naufragio, alterum nautarum culpa
amisit. Exceptus est Romæ summo
omnium ordinum consensu, magistrati-
bus omnibus & sacerdotibus, Senatu uni-
verso & frequenti populo obviam ei
prodeuntibus. Cato tamen insolenter sa-
tis non ante egressus est navi, quam ad
eum locum pervenit, ubi erat exponen-
da pecunia d. Præmium Catoni navate o-
peræ (& fidem sane exactissimam ei ne-
gotio adhibuerat) Prætura extra ordi-
nem, & jus spectandi ludos in toga præ-
p 3. texta.

a L. IX. c. 4. b Appian. Civ. L. II. n. 347.
qui ordinem temporum non bene servasse vi-
detur; c Phillip. 4100000: c Plut. d. l. p. 777.
Lucan. I. III. V. 164. d Vellej. L. II. c. 45.
Plut. p. 78.

texta decretum est: Sed ea Cato repudiavit a. Ex quibus omnibus tamen patet, & Catonem, & Senatam, & universum Populum Romanum, si paucissimos forte excipias, se ipsos scelestis Clodii consiliis implicasse. Nam quod Cicero in id facinus acerbe sepius invehitur b, odio magis Clodii, quam amore iustitiae factum fuisse videtur, & ex aliis Ciceroni actionibus facile deprehendi potest: qui ita simul odio, quo Catonem prosequabatur, ut ex variis locis colligi potest c, occulte satisfacerebat. Nec defendere potest Romanos, ut maxime verum fuerit, quod maximis vitis addidit hic Rex foret d: ita ut vere dicat Ammianus Macerlinus L. XIV. cap. 7. *avide magis Populum Romanum hanc insulam invasisse, quam iuste*. Catonem reverum Clodium, quamquam ex eius lege hac expeditio suscepta fuisset, rationes rerum gestarum poposcit; cum sciret, naufragio omnes fere ejus commentarios peris: & Caesar, iniuria matrimonio suo illata oblitus, accusationes ei ex provincia contra Catonem per literas mittebat. Verum transeamus ad res Aegypti, quarum origo paulo alius repetenda est.

Res Aegypti. §. III. *Ptolemaeus Alexander III. Philadelphus notus Ptolemai Alexandri II. filius, (ita ut Cypri Rex, de quo diximus,*

a Dio l. prox. d. b Pro demo. c. 8. 20. pro Sexto. c. 26. & alibi. c Pro Mur. c. 29. seq. Att. l. n. 27. VII. n. 2. Fam. Fin. 5. d Vellet. d. l.

mus, hujus patrum fuerit) *Alexandri*, 2., qui Ptolemai Lathari frater natus minor fuerat, nepos fuit. Hic a civibus suis *Alexandrinis* ob tyrannidem pullus Romanorum auxilium imploravit: quam occasionem arripens C. Julius Caesar Aedilis per partem Tribunorum tentavit, ut sibi Aegyptus provincia plebiscito daretur a. Sed Tyri interea in exilio mortuus Alexander Aegypti regnum Populo Romano testamento reliquerat; vel reliquisse dicebatur e: nam multi hoc confictum fuisse crediderunt. Senatus certe legatos Tyrum miserat, qui a Rege depositam illie pecuniam Romanis recuperarent. Verum interea Aegypti Regem sibi confluxerunt *Ptolemium* Ptolemai II. Soteris filium notum; qui *Dionysi*, (Latinis *Nacchi*, vel potius *Liberi*) & *Dionysi Novi* cognomine dictus est d. *Auletes* praeterea, & vulgatus quidem, appellatur a summo *ribia* *caemendi studio* e. (ad d. Graecis *sibia* dicitur.) Hic, ut sibi regnum firmaret, quod minus stabile erat, non tantum, quod Romani se pro herede defuncti Regis gesturos esse, credi posset; sed etiam per contemptum, quem in animis subditorum suorum vitia ejus, & occupationes Rege indignae produxerant f, gratiam quorundam clarissimorum Roma virorum,

P 4 & quo-

a Suet. Jul. c. 11. b Cic. Agrar. l. c. 7. c Id. II. c. 26. d Vid. Vaillant. Hist. Peol. p. 134. e Strabo L. XVII. nu. 794. Porphyg. ad. Euseb. f Strabo d. l.

& quorum maxima tunc in Republica
 erat auctoritas, sibi conciliandam
 statuit. Et incidit commodum in Consulatu
 Julii Cæsaris, qui re alieno obru-
 tum venalem & fidem simul & probita-
 tem habebat *a*. Et sane societatem Ro-
 manam Regi vendidit sex milia talento-
 rum *b* pactus sibi Pompejoque, cujus
 auctoritate indigebat, ut legem, quam
 de societate cum Ptolemao in eunda promul-
 gaturus erat, perferre posset. At cum
 tantam pecuniam summam Rex *subit*
 (nam reditus quidem ejus erant longe
 majores) nisi gravissimo tributorum o-
 nere extra ordinem subditis imposito,
 conficere non potuisset, in odium illo-
 rum incurrit, præsertim cum etiam Cy-
 prum insulam, quod petierat subditi,
 a Romanis repetere, aut neglexisset, aut
 ausus non fuisset. Nec poterat eos in
 officio continere conductio milite desti-
 tutus; ita ut Romam aufugere consuli-
 tus duxerit. Interim Ægyptii, eum pe-
 riisse arbitrati, filiam ejus *Berenicam* Re-
 ginam constituunt; quod filii ejus infir-
 ma nimis ætate essent: cui postea *Phi-
 lippum Evargostem Antiochi Grypi* & *Try-
 phanum* sororis Ptolemæi Lathurii filium
 Alexandrini jungere voluerunt, fecissent
 que, nisi Gabinus, sum Syria præses,
 contulisset *c*. Rex vero Rhodi Caro-
 nem.

a Vid. Suet. Jul. c. 18. *b* Plin. Cæs. p. 712.
b 350000. Phil. c. 81. *b* L. XVII. num. 7982.
d Dio l. 33. p. m. 61. *c* Vid. Vasilov. p. 1400.

nem adit *a*: a quo summo quidem &
 indigno factu est exceptus: sed monitus
 simul est saluberrimo consilio, ut domum
 reversus cum civibus suis in gratiam re-
 diredet, neque se intolerando factui & a-
 varitiae procerum Romanorum exponere,
 suam etiam officium ad eam rem
 offerens. Pœnituitque maxime Regem
 spreto tam salutari consilio, postquam
 Romæ superbiæ Magistratum expertus
 esset. Obtinuit tamen a Senatu, Al-
 laborante Pompejo, (cujus amicitiam
 olim colerat *b*, & cujus hospitio jam
 Romæ utebatur *c*) & referente Con-
 sule *Cn. Lentulo Marcello*, ut *is*, cui
 Cilicia provincia sorte obtigisset, Re-
 gem reduceret *d*. Ea obtigerat *P. Len-
 tulo Spintheri* anni præcedentis Consulis:
 & Pompejus, videns, se gratia Populi
 excidisse *e*, (præsertim, quod cura
 frumentaria, de qua statim dicemus,
 minus quam optandum fuerat ei incedis-
 sisset) reductione Regis Lentulo cessit:
 eademque sua sententia eam decrevit *Cicero*;
 de qua re ejus oratio existit *f*: &
 factum fuit in eam sententiam Senatus-
 consultum *g*. Verum interea Ægyptii,
 audito Regem suum vivere & Romæ
 adesse, legationem miserunt centum

P. 5. am

a Plut. Cat. mir. p. 776. *b* Plin. H. N.
 XXXIII. c. 10. *c* Dio. L. 39. p. m. 61. *d* Cic.
 pro Rab. Post. c. 3. *e* Vid. eund. ad Fam. L. 1.
 n. 5. ad Quint. fr. L. II. nu. 3. *f* Plut. Pomp.
 p. 645. *g* Vid. fragm. or. Cit. ad Grav. p. 999.
g ad Fam. L. I. m. 7.

amplius vitorum primarie dignitatis: e-
 que coram Senatu causam suam ageret,
 inter quos erat precipuus *Dia* Philoso-
 phus *Academicus* a. At Rex plerosque
 eorum, & ipsum *Dionem*, qua ferro,
 qua veneno sustulit: & reliquis tantum
 metum iniecit, ut mandata referte, imo
 ne hircere quidem auderent: praesertim
 cum Rex Pompeji amicitia tutus esset.
 Hoc autem, cum cito palam factum es-
 set, omnium odio, ut antea contemptus,
 Rex fuit expositus. Cumque etiam las-
 gitiones ejus & corruptelae essent notissi-
 mae, adventus ejus Romam semper inter
 summas Reipublicae calamitates fuit ha-
 bitus; quod ultimam quasi manum mo-
 cum apud Romanos corruptioni addidit
 et. Et frustra *M. Favonius* aliique
 boni in scelere auctores inquirere sumptu-
 nati d; cum *Pompejus* & *Lentulus*, &
 alii, qui pecunia regia erant corrupti, a-
 perte Regis causam agerent: ad quem
 finem Rex etiam Romae pecuniam mu-
 tuam sumperat e. Imo, ut dixi, *Dio-*
legationis princeps, ex quo Senatus to-
 tius rei veritatem expiscari voluerat, pri-
 mum minis territus, inde etiam Regis ius-
 su occisus fuit: & Rex paulo post *Roma*
Ephesum profectus est; *Dianae* asylo
 usurus, donec rerum suarum eventu cer-
 tior.

a *Cic. pro Coel. c. 8. de harusp. resp. cap. 16.*
 b *Strabo L. XVII. n. 796. c Vid. Cic. pro Coel.*
c. 8. d Vid. eund. ad Quint. fr. L. II. num. 3.
 e *Id. Fam. L. I. num. 1. pro Rob. Post. c. 23.*
 f *Dio l. pro. d.*

etior foret. Sed erat inter *Tribunos* anni
 sequentis *C. Cato*, ingenium inquieti juve-
 nis b, qui se statim causae *Ptolemaei*, &
 reductioni ejus per *P. Lentulum* *Ciliciae*
Proconsolem e faciendae opposuit: & cum
 ex alia sorte causa *libri Sibyllini* essent
 consulti, ac in illis scriptum inveniretur d,
 vel inventum esse diceretur, unde religio-
 nis calumniam hoc vocat *Cicero* e, ne *Rex*
Aegypti rediretetur; *Cato* veritus, ne hoc
 per factionem Regi faventium suppri-
 maretur, Quindecimviro ad *Populum* pro-
 duxit; & quod legissent in libris proferre
 coegit. Ac referente *Lentulo Marcellino*
Consule Pompeji inimico decretum est,
Regem Aegyptium ut arma vestitus pericu-
 losum *Reipublicae* videret f. Igitur missis
 literis Rex rogavit, ut Pompejus duo-
 bus tantum licitoribus comitantibus eum
 reduceret: & creditores Regis aperte
 contra *Lentulum* pecunias suppedita-
 bant; *Caninius* vero *Tribunus plebis* le-
 gem de ea re promulgavit h; adjuvante
 etiam collega ejus *Rutilio Lupo* i. *Pom-*
pejus, ut erat honorum insatiabilis, con-
 silio mutato, summo quidem ardore,
 hanc novam etiam provinciam sibi man-
 dari desideravit: licet ipse id desiderium

a *Cic. Fam. L. I. num. 2. 4. 5. b Fenehellus*
ap. Non. V. Romor. p. m. 413. c Abbas S. Rea-
lie in opusc. miscell. p. m. 34. seq. videtur con-
fundere hunc cum Cn. Lentulo Cos. A. 697. d
Dio l. pro. d. e Fam. L. n. 1. Vid. lb. n. 4. f Ad
Quint. fr. L. II. num. 2. g Plut. lot. pro. d.
 h *Famil. L. n. 4. i lb. n. 13.*

frenue dissimularet a. Legibus tamen hoc erat contrarium, que vetabant b. eundem hominem duobus provinciis, vel magistratibus majoribus simul ornari. Ergo etiam hoc argumento & dolosissimi sunt, qui Pompejo reductionem Regis eripere volebant. Nam splendidissima jam Pompejo provincia fuerat data *Cura nempe aegypti*, cum imperio exaerodipario c. Inque ut fieret curasse Lentulum quidam dixerunt, ut ita prohiberet quominus reductio Regis Pompejo mandari posset d. De qua re antequam petamus, hic aliquid est dicendum.

Cura vero Pompeji frum. curaria.

§. IV. Summa hoc tempore difficultate annoque tam Romae, quam in Italia laborabatur, quod deliciis potius & amonitibus villarum, quam agros fructus causa colendo delectarentur Romani proceres e. Hinc, ut diximus, Clodius frumentum gratia dividi iusserat: sed hoc etiam angustias, rei frumentariae intendebat, ita ut frequentes seditiones inde excitarentur. Ergo A. U. 696. ex sententia Ciceronis ab exilio reversus, qui ita gratum animum Pompejo prestare volebat, & decreto Senatus g, accedente etiam lege Populi, eadem curatio Pompejo mandata est h cum imperio in Italia & potestate proconulari per omnes

a Id. *Attic. L. II. n. 14.* b *Liv. L. VII. c. 41.* c *Dio L. 39. p. m. 62.* d *Plur. Pomp. p. 345.* e *Sall. Curill. c. 12.* f *Hor. Od. He. 15.* g *Ad Att. L. IV. n. 1.* h *Pro domo c. 5. seq. h Dio L. 37. p. 63.* *Appian. Liv. L. 14. n. 438.*

omnes Imperii provincias: idque in quinque annis. Rejecta autem fuit lex, quam *Mellus* Tribunus plebis tulerat a, ut omnis etiam pecuniae potestatem haberet Pompejus, & classem, & exercitum, & majus imperium quam esset illorum, qui eas provincias obtinebant: Pompejus igitur summa diligentia, summo periculorum contemptu; legatis quoque verum dimissis, (nam quindecim sibi legatos adiecerat) & ipse in Siciliam, Sardiniam, Africam, quae ante Aegyptum in provinciam reductam haerere Romanorum erant, profectus ingentem vim frumenti congregavit; ingentem sibi apud omnes laudem & auctoritatem peperit.

Reductio regis.

§. V. Sed videamus jam porro quomodo Ptolemus in regnum suum rediit. Nam, si verum fuerit, id quod monitum de non reducendo Rege in libris, quos *Socles* vocabant Romani b, reperit esse, siue id fuerit falsum, non prohibuit certe, quin commoda interpretatione oraculum illud eludi potuerit c: ita nempe, ut, siue Lentulus, siue quis alius, Rege propinquo aliquo loco collocato, Alexandriam praeficiis firmanet; atque mox digresso Romanorum Duce ita demum ad sua Ptolemus revertetur: quo facto, a Romanis reditum fuisse Regem, praecipue dici non poterat idque consilium etiam a Cicerone Lentulo da-

a *Cic. d. l.* b *Liv. V. cap. 14. Or. b Cic. Epist. h. n. 7.*

dotum fuisse ex loco ad marginem scripto videmus. Sed cum Lentulus, satis virum se habere, non crederet, ut in consilium exsequeretur, Gabinius, qui Syriam praeerat, avide etiam occasione arripuit, mandante illud praefertim Pompejo. Hic Gabinius omnibus probis inquinatissimus Syriam primo provinciam suam miseris modis afflixerat plus damni ipsi inferens, quam unquam praedones, qui tum temporis ibi potissimum erant, fecissent. Inde opportunitate turbatum, quae in Parthosum erant imperio, erectus eos aggredi cogitabat, cum adveniens cum literis Pompeii Ptolemaeus, & omnia summa pollicitus hominem facile permovit, ut Parthis omnibus in Aegyptum contenderet. Nam Ptolemaeus decem millia talentorum *b*, sive Imperatori, sive ducibus exercituum se daturum promiserat. *c*. M. illi Antonio, qui postea Triumvir fuit, & tunc Praefectura Equitum apud Gabinium fungebatur *d*, Ergo scriptis legibus, quae & provincia omnino excedere Praesidem vetabant *e*, & nominatim Ptolemaei reductionem prohibebant, in Aegyptum profectus est; cum antea etiam Antiocholum Judae quondam Regem, & jam Roma profugum comprehensum ad Pompejum misisset *f*. *Berenice*, quae Aegyptum obtinebat, ut haberet, quem Romanis opponeret, *g*.

leu-

a Dio L. 39. p. 73. *b* 600000. *Phil. c. Vid. Cic. pro C. Rabo. Piff. c. 8. d. Plur. Ant. p. m. 916. e* Cic. in Piff. c. 11. *f*. Dio lib. p. 74.

Immo accessit Syriacorum Regum strepe ostiendum, quem ob sordidam avaritiam *Cybisacorum* Aegyptii dixerunt. *Ea vox saltemanturum*, aut familiam *mercium infestorum* significare videtur. Sed hunc, quod nulli rei aptum videret, Regina interfecit; licet eum jam regni & totius consortem fecisset. Inde iisdem conditionibus ad se pertraxit *Archelaum* Archelaei, qui bello Mithridatico adversus Romanos militaverat, filium. Hic vero a Gabino captus est. Sed Gabinius veritus, ne ita a Ptolemaeo, quasi nulla remagnamomenti, gela, minus pecuniam quam convenerat, acciperet; imo plura quam pactus esset se accepturum sperans, si Archelaum Ptolemaeus pertinuisset, hominem aufugere sivit, cum etiam ab eodem magnam vim nummorum expressisset: isque Archelaus ita Reginaem Aegyptiam uxorem duxit. Item a Gabino permissus Antonius *Felusium* cepit *b* opus potissimum Antipatri, qui Herodis Magni pater fuit; & qui persuasit Judaeis, quorum iugens multitudo ibi degebat, ut urbem Antonio traderent *c*. Mox etiam viculis Alexandrinis *d*, castrisque inter alios Archelaeo, Aegyptio omni e vestigio potius eam Ptolemaeo reddidit: qui filiam suam & mox locupletissimum quemque interemit *e*, ut pecuniam Romanis promif-

a Vid. *Cassanb. ad Strab. l. XVII. n. 296. b* Joseph. de Bell. Jud. L. 10. c. Plur. *Anton. p. m. 917. c* *cf. Ant. Jud. L. XII. c. 11. d* Cic. in Piff. c. 11. *e* Dio l. p.

millam confiscare. Gabinius tamen, qui Romam hæc omnia nequidem nunciaverat, ne sui ipsius accusator foret, eo nomine accusatus fuit: & accedebant alie accusandi causæ, a, provincia prædonibus prodita, publicani prohibiti, quominus vestigalia exigere possent, & si quæ alie causæ fuerunt. Et videtur etiam a

A.U. 698

Cicerone, qui quondam eum defenderat, fuisse accusatus b, populo ad eum condemnandum paratissimo. Sed studebant et Consules Pompeius Crassusque, qui præter Gabinianæ participes fuerant. Verum, cum anni sequentis Consules L. Domitius

A.U. 699

Ahenobarbus & App. Claudius Pulcher, qui etiam cum Pompejo hoc tempore inimicitias gerebant c, ipsi essent adversi, Senatus acerbissimè in Gabinium supplicii statuendi Populo auctor fuit. Et plurimum etiam invidiam Gabinii auxerat, quod legatum a Crasso successore suo missum non receperat: sed potestatem, quasi perpetuam eam accepisset, retinuerat. Licet autem inmensa largitione uteretur, & Pompejus efficeret, ut ipse etiam Clodius iterum ejus causam agere, de malepeffare quidem absolutus, de repetundis condemnatus fuit, & exsilium subiit: undetamen postea a Cesare, qui nequissimorum hominum opera, ut destinata periret, indigebat, reductus est d. Et hujus Regis Ægyptii causæ etiam C. Ra-

birius

birius accusatus fuit, qui potens imprimis inter publicanos Regi pecuniam mutuatam dederat, quia Senatores corripuisse dicebatur. Inde Regem secutus, ut pecuniam reciperet, ab eo pecunie regie curande præfectus fuerat e. Tum pecuniam a Rege ad absolvendum Gabinium imperatam coegerat; ejusque partem ipse pro soluto acceperat; ita ut hæc causæ quasi appendix quedam causæ Gabinianæ fuerit habita.

CAPUT QUINTUM.

Decade Clodii Ciceronis Pompeii Consulatus.

A Ntequam iterum ad bella externa convertamur, alias adhuc turbas domesticas narrabamus, quanquam paullo serius eveniret, ut series rerum aptior sit.

§. I. Ingentes inimicitie, quæ inter Decade Clodium Ciceronis inimicum, & T. Animum Milonem ejusdem defensorem intercedebant, Clodio demum exitales hoc Miloni læx fuerunt. Petierat Milo, consulatum in A. U. 701, effusissima quidem largitione, ita ut inde aris alieni vim incredibilem contraxerit: septingentes HS. b illud fuisse dicit Plinius c, imo tripartitonia in eas largitiones effudit. Quin & Milo, & qui cum eo pete-

a Cic. de prov. cons. c. 1. b Sed vid. Sigon. c Patric. ad fragm. Or. pro Gabiniõ & Dio L. 4. p. 75. d Dio L. 39. f.

a Cic. pro C. Rab. Post. l. 3. b Phil. 17. 50000. c H. N. XXXVII. c. 15. e Or. pro Mil. c. 35. d Cicero in epist. arg.

petebant, P. Plinius Hyspans, Quintusque Metellus Scipio Pompeii Socer a factionibus armatorum erant succincti. Clodius vero, cui Milo adacia non cedebat, eodem anno petebat praeturam: quam debilem futuram Consule Milone intelligebat b. Cum autem comitia consularia in longum extraherentur, neque ob perditas candidatorum contentiones perfici possent; atque ita Kalendis Januariis (quae circa finem Novembris Juliani hoc anno fuerunt) nulli neque Consules, neque Praetores essent, Pompejus tamen cum T. Munatio Plancio Tribuno plebis non perittebat, ut patricii convocarentur, qui Interregem proderent. Sed interea evenit, ut Miloni Lanuvium, ex quo erat municipio, proficiscenti in via Appia obviam veniret Clodius; atque ibi rixa coorta inter servos Clodii, quos pro more Romanorum procerum plures circa se habebat, & Milonis servos (nam etiam hic maximum eorum agmen intermixtis quibusdam gladiatoribus ducebat) Clodius vulneratus fuit. Et mox ex taberna, in quam confugerat, iussu Milonis extractus & occisus est. Fortunitam hanc rixam & eadem fuisse, & Milo, & patronus ejus Cicero videri volderunt; a parte nempe Milonis: nam Clodium in insidias posuisse dicit Cicero c. Praeficisse tamen hanc eadem Clodii Ciceronem ex loco quodam epistolae ad Atticum colligi potest d, qui

a Aesc. ib. b Or. pro Mil. c. 9. c Pro Mil. c. 10. d Vid. L. IV. n. 3.

qui tamen alibi negat a, hoc unquam facti fuisse objectum: quanquam ipse in oratione pro Milone b asserat dixisse quosdam, manu Milonis eadem esse fallam, consilio vero majoris alienigenae; se ipsum mirum innuens. Admodum certe nec immelito, eade Clodii gavium fuisse Ciceronem, vel inde patet, quod epistolam quandam ad Atticum c ex Cilicia provincia sua scribens addat, scriptam fuisse die septingentesimo sexagesimo quinto post illam eadem; quam ibi Leudricam jugnam vocat; cujus appellationis rationem indagant alii. Facta fuerat Clodii caedes ad Kalendarium Romanum 111. vel 1111. Kal. Februarias d.

S. II. Corpore Clodii Romam perlato ^{Morus} ingentes motus sunt facti. Et uxor ejus ^{ex hae} Fulvia e, ut facti invidiam augetet, vulstera ejus cum effusa lamentatione ostendebat. Itaque postredie infima plebis & servitorum tantus concursus factus est, ut complures noti homines, & inter eos C. Vibienus Senator, eliderentur f. Inde in forum delatum est corpus Clodii, & populus illud in curiam intulit, cremavitque incensis iustelliis, & aliis rebus forte oblati g; quo igne ipsa quoque curia confagravit; aliaque gravia, quae seditio suggerit, facinora patrata sunt. Milo vero nihilo deterius consulatum petere ap-
ta

a Phil. II. c. 9. b Phil. II. c. 18. c L. V. n. 1. d Vid. Malaspinam & Man. ad d. Cic. l. c. Aesc. pro Mun. pro Mil. f. Pro Mil. c. 14. g Vid. ib. c. 13.

ta etiam largitione est ausus *a*. Itant cingenta talenta *b* inter cives dividenda apud sequestres deposuerit *c*. Et convenerat ad omnia Pompejus, ut Respublica Dictatorem requireret. Itaque, cum propter has turbas comitia haberi non possent, alique ex aliis interreges fierent, factum est tandem illud extrema necessitudinis Senatisconsultum *d*, *Viderent Interreges; & Tribuni plebis; & Pompejus*, (qui Proconsul ad Urbem erat) *ne quid Respublica detrimenti caperet; delictu Pompejus tota Italia haberet.*

Terris Pomp. consularibus.
 §. III. Cum vero sermonibus passim iactaretur, *Dictatorem esse creandum Pompejum* *e*, idque Tribuni quidam plebis parare, tutius visum est optimatibus ex sententia Bibuli & Catonis *f*, Consulatum *sine collega* creati; cum alii Tribunos militum Consulati potestare, ut in antiqua Rep. creandos esse crederent, quo per plures Respublica administraretur *g*. Ita Pompejus vi. Kal. Mart. primus sine collega Consulatum inivit, & statim leges tulit *h*, *de vi* unam, alteram *de ambitu*. Et mox L. Domitio Ahenobarbo suffragis Populi Quiritorum creato Milo *de vi, de ambitu, de sodalitate* accusatus fuit. Cicero eum defensurus (centesimo post cl-

eadem Clodii die hac defensio facta est *a*) ingenti Clodianorum acclamatione exceptus fuit, ita ut non ea qua solitus erat, constantia dixerit *b*: praefertim cum etiam praesidiis armatorum forum undique cinctum esset *c*. Nec eam dixit orationem Cicero, quem hodie habemus: sed postquam Milo voluntate Pompeii damnatus, (licet Cato eum palamentia lata abfolveret *d*) & in exsilium Massiliam profectus esset, eam, quae exstat orationem conscripsit: quam Milo, cum a Cicerone missam accepisset, praclare sibi evenisse dixit, quod illam Cicero in iudicio non pronunciaisset: nunquam enim futurum fuisse, si hoc modo pro se dictum fuisset, tantos ut nullos Massilia ederet *e*. Et in priore illa de iure egerat Cicero; cum factum defendere debuisset *f*. Tum multa etiam, quae eadem a Milone consulto factam, & plura, quae simul per vim patrata fuerant, silentio praetermisit. Bona ejus propter aris alieni magnitudinem semuncia venerunt; siue sestertio nummo sunt addicta *g*. Ipse, cum bello civili Pompejano, Pompeji partibus, ut videtur, additus *Cosam* in agro Thurino oppugnaret, lapide ictus ex muro periit *h*. Pompejus porro etiam alia

a Dio L. 40. p. m. 92. h Phil. 480000. c Ap-
 pian. Cic. L. II. 438. nam ibi Milonem notat.
d Afcen. ad proem. Mil. ip/sa Or. c. 26. c Afcic.
 L. L. IV. n. 15. f ad Quint. fr. L. III. num. 8. 29
g Plur. Pomp. p. 648. Caf. 721. & Cat. p. 782.
h Dio L. 40. p. m. 90. i Cic. pro Mil. c. 8.

a lb. c. 35. *b* Afcen. in arg. Mil. j. c Pro
 Mil. c. 1. Lucan. L. I. v. 323. *d* Vell. L. II. c.
 47. c Dio L. 40. p. m. 93. f Vid. Vof. In-
 fit. Or. L. I. c. VI. §. 1. L. IV. c. X. §. 6.
g Afcen. pro Mil. c. 35. h Cafar B. C. L.
 III. c. 21. f9.

alia judicia severe exerceri fecit ^a; in Gallia judicia severe exerceri fecit ^a; in Gallia *judicia severe exerceri fecit*; in Hypsaum, Sextium Memmii *in Hypsaum, Sextium Memmii* & Scaurum *& Scaurum* ambobus: & in huius iudicio obstrepentem plebem per milites disiecit; ita ut plures confoderentur. Sed Memmius, cum ipsius Pompeii lege de ambitu lata impunitas concederetur ei ^b, qui alterum ejusdem criminis accusasset, ipsum Pompeii focerum ^c Metellium Sulpionem accusavit. At Pompejo cum multis aliis vestem ejus causa mutante, Memmius de statu Reipublica questus accusationem onisit. Plancus etiam & Rufus Tribuni plebis, cum magistratu abiissent, alique praeterea propter incendium curiae damnati sunt. Cum ita Pompejus per aliquod tempus solus consulatum gessisset, ut invidiam vitaret, in quinque menses, qui ad finem anni supererant, collegam sibi adjunxit, quem modo diximus, focerum suum Metellum ^c; licet tamen etiam post hoc tempus Rempublicam solus ferre administraret.

CAPUT SEXTUM.

De bello Parthico.

Ocasio belli.
A.U. 698

S. L. ANno Urbis sexcentesimo nonagesimo octavo Consulatum per vim inivitis bonis adepti fuerant Cn. Pompejus Magnus & M. Licinius Crassus, uterque iterum cum magistratum gerentes.

Et

^a App. Civ. L. II. n. 442. b *ib.* & Dio L. 40. p. m. 93. c App. Al. L. II. n. 442.

Et ex conjuratione anno precedente Lucra facta Cezari quidem lege *Drabonia* Gallia in aliud quinquennium sunt dati; Pompejo Hispania per legatos administranda, (qui tamen, tum, quod Populo id gratus esse sciret; tum, quod ipse esset vir uxoris, in Urbe, vel ad eam, plurimum erat mansurus.) Crasso vero Syria ^a. Hic, ut erat ditissimus simul & avarissimus, Parthico inhians auro Syriam non tantum & *Parthiam*; verum *Indos* jam & *Bactrianos* ipse devoraverat: idque cum in lege, qua provinciam acceperat, nihil de bello *Parthico* fuisset adscriptum. Unde patet, quo jure *Sallustianum* eum vocet Vellejus ^b; qui neque in pecunia, neque in gloria concupiscenda aut quodum nosceret, aut caperet terminum, ut ibidem ipse adjicit: *Atque* quidem *Capito* Tribunus plebis iter ejus impedire conatus est: sed dum per collegas id facere non posset, ad portam accurrens singulari quodam execrationis genere Crassum eximtem diris devovit ^c. Et merito a bello Parthico abhorrebant, si qui Romanorum requiritatis essent studiosi, cum Parthi potius a Romanis, quam hi ab illis laesi essent. Nullamenim aliam belli causam habebat Crassus, quam quod ingentes esse Parthorum divitias audivisset

^a Plus Crasso p. m. 552. Appian. Parth. juic. qui Plus. fidelissime sequitur. Et eoridem verbis sepe qua ille habet, in suam historiam transferre. b L. II. c. 46. c Vid. & Cic. Off. L. c. 8. d Vid. Cic. Divin. l. c. 16. II. c. 40.

set. Nam turbe quidem domesticæ Parthorum nihil ad Romanos attingebant.

§. II. Crassus tempestatibus jactans, multisque navibus amissis in Syriam, provinciam suam, pervenit. ^a Sed ibi rebus quibusdam satis quidem prospere, atque magni momenti non essent, gerendis b tempus parandi bellum Parthis concessit. In ipsa etiam provincia exactotis potius pecuniarum, quam Imperatoris partes egisse dicitur: ex templo quoque Hierosolymitano duo millia talentorum c, quibus abstulerat Pompejus, auferens d: imo omne reliquum aurum, cujus summa ad octo millia talentorum e accedebat, tollentes, aut alio loco f (si nullus in numerus error est.) Historicus Judæorum tradit. Mox arto ganter legatis Parthorum monentibus, ut *foedere cum Sulla Pompejoque accesserunt meminisse vellet g*, respondit, se Seleucis (una ex regniis hęc erat Parthorum urbibus) *responsum ipsi esse daturum*. Neque magis audivit amicos, & Quæstorem suum C. Cassium hortantes, ut *amplius de liberatis, nec vates, licari non parvisse*, indicantes. Nihilo magis auscultavit iis, qui ex oppidis *Mesopotamie*, ubi Romanorum erant præsidia, magno cum periculo evaserant; & qui magno cum terrore milium nihil tale expectantium de numero, de forti-

^a Apud Parrhit. n. 136. b Dio l. 39. p. 73. l. 40. p. 80. c Phil. 1200000. d Joseph. B. J. l. 1. c. 6. e Phil. 4800000. f Ant. Jud. XII. c. 12. g Flor. 3. Ill. c. 11.

fortitudine, de egregia pugnandi ratione hostium nunciabant. Sed regulo Armeniorum *Arabazis* ad bellum hortanti, & auxilia quædam adducenti, plura pollicenti magis obtemperans in hosticum ulterius processit, magnam Mesopotamie partem populando peragrans, quod ejus transitus inexpectatus Parthis accidisset; & multas turbes, quas olim ibi condiderat Græci, in fidem recipiens. Sed desiderio amoenitatum Syriæ inexpective decedens, cum facile in hostico hybernare potuisset, Parthis ad bellum imparatissimis, hostibus relictos in Mesopotamia milites opprimendi occasionem præbuit ^a. Accessit quoque ad Crassum *Agharus* Arabum phylarchus, qui Parthos jam dudum paratos esse, ut in Scythiam, aut *Hyracianam* abreptis locum rebus quibusque pretiosissimis auferent, mentiebatur; atque idem postea, se necessaria quædam curaturum esse ingens, discessit. Et adeo pravis hięc consiliis delectabatur Crassus, ut Arabazis (Tigranis hic erat filius) auxilia quidem non mitrenti, quod ipse jam gravi a Parthis bello distineretur, sed prudenter surdenti, ut vel ad se deflueret, vel certe campos equitum aptos vitaret, responderit *jam quidem sibi tantum non esse curi, ut Armeniam euret; sed in reditu Arabazem proditiōnis pœnas esse daturum*. Atque inde Euphratem ad Zeugma transit b mœstissimis

Tom. II Q milli-

^a Dio d. l. A. U. 700.
b App. n. 141.

militibus ob varia tristitia omnia, quae
 ipsis evenisse dicuntur: & imprudenter
 longius inde recessit, cum hoc flumine
 commaneatus ipsi advehi potuissent. Verum
 cum Parthi praeter expectationem ipsi
 obviam essent facti, obstitit; & reliquis
 etiam attonitis omnia apud Romanos con-
 fusius agebantur, dum major pars du-
 cum praefectorumque censeret, diem cra-
 stinum esse expectandum, ut certius de
 hostium multitudine & ordine cognosci
 posset. Sed filius Crassi *Publius*, acris ar-
 nimi juvenis, qui cum satis magnis copiis
 ex Gallia, ubi fortiter sub Caesare milita-
 verat, patri auxilio erat missus, praelium
 urfit: & ipse quidem fortissime pugnans,
 fugiendi opportunitatem asperratus, cecidit
 e manu annigeri sui, ut petierat, con-
 fossus. Atque ita, cum Agbarus quoque
 se jam hostibus junxisset, & plerique ex
 praecipuis Crassi amicis perisse dicuntur: quin-
 toe sunt caesi, ut quingenti solum vivi in
 hostium potestatem venirent.

Belliexi-
rus.

S. III. Crassus, cum hostes a caede filii
 (nam hic iussu patris aliquantulum ante
 reliquam agmen processerat) venientes,
 & caput ejus conto praefixum praeferen-
 tes vidit, majorem quam antea animo suos
 hortatus est, ne propterea animum des-
 ponderent: & *suam, non patria, eandem*
causam esse, dicens ad fortitudinem eos,
 sed

a Dio L. XL. p. 87. Val. Max. L. I. c. 6. n
 11. b Dio L. 39. p. m. 71. Cas. B. L. I. cap. 52.
 11. c. 11. C. App. n. 146. d Dio L. 40.
 p. m. 83.

sed parvo successu incidere conabatur.
 Parthi tamen praelio ad noctem protra-
 cto, discesserunt. Romani, qui noctem
 illam tristissime exegerant, ante lucem
 tacidi discedere coeperunt dicibus Cas-
 so *Quixtore* & Legato *Ollavio*: nam
 Crassus iterum plane obtopuerat. Sed
 quatuor millia sauciorum in castris re-
 liquerunt, qui a Parthis postredie jugu-
 lati sunt: ut etiam alii multi, qui ab
 agmine aberraverant. Reliqui pervene-
 runt *Carrae*: cujus urbis praefectus *Co-
 ponius* Crasum cum suis copiis recepit.
 At his *Surenas* (ita dicebatur apud Par-
 thos *b*, qui Regi dignitate erat prox-
 imus *c*; & eo ferre loco videtur fuisse,
 quo apud Romanos Imperatores erant
Praseli Prator'o, aut hodie apud *Tur-
 cas Magni Viziril*) postredie picem ob-
 tulit: sed subdole, ut eos ab ulteriore fuga
 prohiberet. Crassus tamen cum Cassio
 (qui postea cum *Brutiis* princeps conjura-
 tionis in Caesarem fuit) fugam agitavit.
 Verum prodita sunt ejus consilia a quodam
Andromacho, cui se, ut viz duci
 crediderat *d*: & idem praeterea Romanos
 in loca iniqua dedaxit; Cassio tantum,
 qui ei non fidebat cum quingentis equi-
 tibus in Syriam elapsus: eaque provin-
 ciam fortiter & fideliter, ut mox vide-
 bimus, in potestate Romanorum retinuit
 e. At cum etiam sic Romani fortis-

Q 2 tiff.

a App. n. 148. b Vid. Plut. Cras. p. m. 566.
 App. n. 140. c Vid. B. Frisson de regno Per. L. 1. p.
 m. 7. 234. d App. d. l. n. 142. e Vell. Pat. L. II. c. 46

tissime pugnarent, Surena iterum per captivos quosdam e custodia dimissos ruinosem sparavit, ac si Parthorum Rex Orodes a pace facienda non abhorretet: & etiam ipse dextra protensa Crassum ad pacationem faciendam invitavit. Crassus vero nullam mutationis repentinæ causam videns omnia habebat suspecta: sed a militibus coactus ad colloquendum cum Surena descendit: & antequam in ejus conspectum veniret interfectus est *a*. Caput ejus & dextra ad Orodem missa ludibrio barbaris fuisse: imo aurum liquefactum ipsi in os infudisse dicuntur *b*, ut ita avaritiam ipsi exprobarent. Ex militibus Crassi plures se Parthis dederunt *c*: pauci fuga evadere conati ab Arabibus interfecti sunt. Poenas tamen perjurii & crudelitatis horum criminum auctores dederunt. Et ipse Surena non adeo post multum tempus a Rege præ invidia gloriæ, quam devictis Romanis retulerat, occisus est.

S. IV. Victo Crasso Parthico quidem tempore contenti fuerunt; neque transierunt Euphratem. Sed mox, cum neque Imperatorem, neque exercitum Romanum in Syria esse putarent, eam non magno exercitu invaserunt; & a Cassio facile repulsi sunt *d*. Verum majore numero reversi Antiochiam usque progressi sunt: cum neque justis copiis Romani eam pro-

Res a
Cassio
365a.

a Appian. n. 153. *b* Dio L. 40. p. m. 85.
c Horaz. Od. III. V. v. 5. *d* Joseph. de bell.
n. d. L. l. c. 6.

REIPUB. ROMAN. LIB. IX. 365
provinciam tenerent; & Syri Romanorum tædio ad Parthos inclinarent. At iterum eos Cassius fortiter propulsavit; infidiique locatis ducum eorum *Oscorem* interfecit. Atque ita Pacorus Orodis filius Syria excedere coactus fuit. Reliqua enim Parthis gesta libro sequente referemus. *AU. 702*
Num Bibulus quietam fere Syriam habuit, Parthos ad discordias domesticas occultis artibus incitans. *a*

CAPUT SEPTIMUM.

Bellum Gallicum Cesaris & Britannicum.

GAlli per longum satis tempus quieti fuisse videntur *b*, donec infana Cesaris ambitio & avaritia eum his gentibus bellum inferre coegit. Facile enim intelligimus, eum propterea ex omni provinciarum copia Gallias potissimum elegisse, quod eas distissimas esse probe sciret: atque iis direptis, tum immane æs alienum, quod contraxerat, dissolvere: tum novam sibi parare pecuniam posset, qua ad tyrannidem occupandam sibi viam sterteret. Et præterea idoneam materiam triumphorum hæc regio erat præbitura *c*. Cumque etiam Pompejus pro Cesare niteretur, facile, quod apperebat, obtinuit *d*. Et initio quidem solam accepit lege *Varinia* Cisalpinam *AU. 674*

Q 3 Gal-

a Dio L. præf. d. *b* Vid. Supr. L. VIII. c. 7.
c Suet. Jul. c. 22. *d* Plut. Cæsp. m. 714.